Ef II menn eigo bu saman þeir er gialda eigo þingfarar-kaup, oc hafa þeir ⁴⁾enga gríp menn, ⁵⁾oc er þot retrr annarr þeirra i qvðþ, ef hinn er matlauni eþr betr, er heima sitr, en gegna scal halfom kostnaþi hvarr. Þann mann seal eigi qveþia, er eigi er þingförr, en sa maþr er þingförr, er hann ma rípa fullom dagleiþum, oc taca hest sinn a aifaungom ⁶⁾, oc se hann sva seygn, at hann megí litta leiþ sína, þar sem hann om er kunniet.

7) Þott maþr se sarr eþa siukr, oc er

Si duo, uterque jure evocandus, eandem egerint oeconomiam, colonus prædiatus evocetur, si nempe alter colonus conductitius alter vero prædiatus fuerit.

Si coloni duo prædiati vel duo conductitii oeconomiam habuerint communem, ille eorum evocetur, cui major pars est oeconomiae. Qvodsí pars oeconomiae æqualis utriqve sit, tum utrorumqve qvemcunqve placet evocare fas est.

Si duó ad tributum professionis comitalis obligati, sed nullos operarios habentes oeconomiam communem habuerint, alter eorum nihilominus jure evocatur, modo domi remanens operis suis victum sibi qvæ-rere par sit vel ultra. Ex dimidia parte vero qvívís eorum sumtus sustineat. Ad comitia (generalia) proficiscendi impar ne evocetur. Comitialis professionis par est, si plena diei itinera, eqvo veetus, peragere, et in stationibus eqvum suum fræno capere possit, tam clarum habens visum, ut viam ei non ignotam invenire qveat.

Vulneribus vel morbo laborantem evo-

¹⁾ *Qvæ uncis tenentur B cum suis omittit.*

²⁾ *B cum suis legit: Leigomaþr & leigomenn, sensu eodem.*

³⁾ *B cum suis addit: Þott þeir hafi engi huskarl, qvanvís operarium nou habeant.*

⁴⁾ *B cum suis legit: eigi huskarl, sensu eodem.*

⁵⁾ *Sequentia usque ad: kostnaþi hvarr, B cum suis ita exprimit: oc se annarr þeirra i qvðþ retrr, þa seal hinn gegna kostnaþi þeim þllom er tilþarf at þeim luta, sem hann a i bui, ef hann er matlauni eþr betr, qvorum unus ut ve-*

ridicus jure evocatur, tum alter expensas omnes necessarias (ad professionem comitalem) expendat, pro rata parte ejus in re familiari, et supposito eum cibum sibi comparare valere vel ultra.

⁶⁾ *B cum suis addit: hept, compede vinctum (o: eqvum). Legit porro: oc feta leiþ cinn saman, þar er hann om er kunt, solusqve iter tendere ubi via ei imolescit.*

⁷⁾ *Reliquum tituli B cum suis ita exprimit: Þat er: at þa er eigi rett at qveþia hann, ef hann*

rett at qveþia hann fyrir þeim sökum; ef van er at þess batnaþar, at hann megi þingförr verða a því meli, er þar til er, sem hann skal heiman riða, en hvatki veilendi, sem maþr hefir, þat sem batnaþar er eigi at van, sva at hann verði þingförr, þa er hann skal heiman riða, skal þann manu eigi qveþia.

XXVII. CAPITULI.

Um þat, hvörn er at qveþia fyrir oförs mannz bu.

Fyr bu oförs mannz er rett at qveþia IV menn, ef þeir ero þar heimilisfastir með hanom. Einn er sonr, annarr stiuþsonr hans, þriþji er namagr boanda sa er dottr hans a, IV er ¹⁾fostri hans sa er hann toe at föþa ²⁾[VIII vetra gamlan eþr yngri, oc var þat þa raþit þegar at hann seyldi föþa hann, þar til er hann veri XVI vetra gamall]. ³⁾Þa ero þeir menn IV þingheyndr fyrir bu hans, ef þeir ero XII vetra gamlir eþa ellri, oc sva

cære fas est, si probabile fuerit futurum esse, ut tempore intermedio domo donec proficiscatur, ita reconualescat, ut ad profectiõnem comitalem par sit. Tali vero cujuscunqve generis infirmitate laborantem, ut prius quam domo proficiscatur eum sanatum iri non sperandum sit, evocare non fas est.

TITULUS XXVII.

De eo, quoniam excusati loco ab ejus prædio evocandi sint.

E prædio excusati quatuor virorum singulos, (ejus loco) si domicilio fixo eorum utuntur, evocare fas est. Primus est filius, secundus privignus, tertius proximus coloni affinis gener, quartus alumnus ejus, quem octo annorum natum vel minorem alendum suscipiebat, quo tempore simul constituebatur, ut ad sedecimum annum usque eum aleret. Quatuor illi viri, modo duodecim annorum nati vel adultiores, tamque circumspectæ rationis, ut dicta

hefir þat veilendi, er eigi þiekir þess bata at van a því meli, at hann megi þingförr verða, (*Legibus porro cautum*) est eum non juste evocari, si tantum habuerit infirmitatis, ut eum tam reconualescere posse non sperandum sit, ut tempore constituto in foro apparere sustineat.

¹⁾ B cum suis legit: lögfostri sa er boandinn hefir földan, alumnus legitimus, quem rusticus educavit, quartus est.

²⁾ Quæ uncis tenentur B cum suis omittit, sed ejus loco habet: þat er lögföstr er maþr teor við manni VIII vetra gümlo m eþr yngri oc föþi

til þess hann er XVI vetra gamall, *enutritio legitima dicitur, cum quis alium, octo annorum natum vel natu minorem, alendum suscipit, quem etiam ad sedecimum ætatis annum usque educat.*

³⁾ B cum suis legit: því at einn ero þeir rettir, ef þeir ero svo alldur commir oc sva hyggiandi hornir at þeir se rettir þingheyndr fyrir þeim sökum, enda seolo þeir oc rettir ðe, ca tantum lege juste evocantur, si tam provecctæ ætatis sint et prudentes nati, ut eas ob causas committia juste frequentent; uterque præterea &c.

vitugir at þeir kunni at rafa fyrir orði oc eipi, oc se frialsir menn, þeir scolo oc rettir hyarirtveggio at tengþum, oc at söcom boandian ¹⁾ oc sa þeirra IV, sem qvaddr er kvöþ; ²⁾ [scal yfir hefia þar, sem kona byr, nema þar se nockorr þeirra manna með henni er þingheyandi se fyrir bu hennar]. Þeir menn inir sömo IV, er qveþia scyldi fyrir oförs mannz bu, 'erö rettir fyrir kono at qveþia, enda er rettr boandi hennar iun Vti maþr ³⁾ ef þeir ero þar heimilisfastir.

Þar er byr fyrir oför maþr eþr kona oc hefir þat þeirra, er qvöþin tær til, rapit ser gripmann til Ha. missara vistar, oc haf hanu þar verit um alþingi, endi veri hann ⁴⁾ [XII vetra gamall eþr ellri], oc matlauni eþr betr, enda comi at nockorr þeirra, er þingheyandi se fyrir bu ⁵⁾ [hennar eþr] þess þeirra er qveþia þarf, oc se þar heimilisfastir, oc er rett at qveþia hann, ⁶⁾ ef hann kömr þar fyrr til vistar enn qvöþin se upphafit ⁷⁾.

[Eigi scal qveþia þann mann, er aþili er a vist með, oc eigi þann, er sa er i vist með, er mal er a hendi, oc eigi þann, er

sua et iuramenta rite moderare possint, ingenuiqve, pro ejus prædio comitiis interesse jus habeant. Uterqve præterea colonus nempè et quicunqve a quatuor illis evocatus, tum quoad affinitates, quam controversias eos intercedentes juste se habeant. Ubi fœnina habitat prætervehendum est, nisi aliquis eacum sit virorum, qui ab ejus prædio comitia jure agat. Quatuor iudem viri pro oeconomia coloni excusati evocandi, pro fœminæ, evocentur, maritusqve ejus quintus numeratur, si modo eacum fixo usi sint domicilio.

Si colonus excusatus vel mulier oeconomiani habens, ad quos evocatio pervenit, operarium per annum vertentem habendum sibi assumerint, qui etiam, duodecim annorum natus vel adultior et operis victum sibi promerendi par vel ultra, per tempus comitiorum generalium ibi versatus fuerit; si porro aliquis eorum, qui pro mulieris vel evocandi oeconomia comitia jure agit, peregre reversus fixam ibi sibi eligerit mansionem: hunc evocare fas est, modo evocatione nondum suscepta redierit.

Haudquaquam evocandus est ille, cum quo actor competens utitur domicilio, nec ille quocum reus mansionem habet, nec qui

¹⁾ *B cum suis legit: oc sa þeirra er þeir qveþia, et ille eorum quem evocant.*

²⁾ *Uncis inclusa B cum suis omittit.*

³⁾ *B cum suis legit: ef hann er heimilisfastir með henni, si eacum in eadem familia vivit.*

⁴⁾ *Uncis inclusa B cum suis omittit.*

⁵⁾ *B cum suis omittit: hennar eþr.*

⁶⁾ *B cum suis legit: ef hann kömr fyrr ut, si prius peregre redierit.*

⁷⁾ *B cum suis addit: enda se hann þar heimilisfastir, modo justum ibi habeat domicilium. — Sequentia uncis inclusa omittit.*

hinn vegni var í vist meþ. Þá skal þu
 qveþia er rettri sé fyrir allz sakir, oc sé
 eigi nefndir til sara ne benia].

En ef maþr ifar um hvart maþr se
 retrr í qviþom eþr eigi, þa skal hann
 nefna ser vatta II eþr fleiri. ¹⁾[Nefni
 ec í þat vetti, skal hann segia], at ec
 spyr þic ²⁾N. N. hvart þu sert retrr þing-
 heyandi ³⁾eþr eigi at gegna lögscoilom
 frir þu ⁴⁾þitt eþr sva fyrir oförs mánnz
 þu, eþr fyrir konö-þu, ef þess þarf heldr
 at spyrja ⁵⁾. [Spyr ec] lögsþurning.
⁶⁾[Hann skal nefna vatta at svörum þeim
 sem verþa]. Hanom er rett þa at scipa
 sva qvöþinni, sem hinn svarar, en sa
 verþr utlagr III merkr ⁷⁾[er spurþr var],
 ef hann lygr eþr svarar hann engo, oc a
 sa maþr at sökia þa söc er ⁸⁾[lögfrettar]
 spurþi hann. Nu vill hann eigi sökia
 hann, þa a þu sökina, er qvaddr er í
 staþ þins. En ef hann vill eigi sökia,
⁹⁾þa skal sa þeirra sökia þa söc er vill.
^{*)}[En ef þeir bregþaz om, þa scolo þeir
 luta. Þat er stefno-söc] oc skal qveþia
 til **) V þu a þingi þess, er sottr er.

*cæso præbuit domicilium. Omni respectu
 juste se habentes accolæ evocentur et qui-
 bus vulnera nec simplicita nec lethalia cæso
 illata imputantur.*

*Si quis alium juste evocatum esse du-
 bitaverit, duos pluresve testes antestetur:
 Ad hoc testificandum denomino, inquit,
 quod te N. N. interrogo, ane jure pro
 oeconomia tua, ad justa judicialia persolvenda,
 comitia agas? nec ne? — vel pro
 coloni excusati vel mulieris oeconomia, si
 de hoc quærerere res tulerit — justa interro-
 gandi formula utor. De responsis, quæ
 obtinet, testes contestetur. Evocationem
 pro responsis alterius moderare fas est, in-
 terrogatus vero trium marcarum multa te-
 netur, si vel mentitus fuerit vel nihil re-
 sponderit, de quo causam ei agere compe-
 tit, qui lege definitam ei proposuit quæstio-
 nem. Qui si agere noluerit, causa devolvitur
 ad accolam alterius loco evocatum. Hic si
 noluerit, causa cuicumque eorum voluerit
 (agenda) desertur. Si unus alterum
 prævertere voluerit, sorti res subjiciatur.
 Causæ huic citatio adhibeatur quinque ejus
 in quæm agitur accolis in comitiis evocatis.*

¹⁾ *Uncis inclusa B cum suis omittit.*

²⁾ *B cum suis legit: oc nefna hann, nomine nominato.*

³⁾ *B cum suis legit: eþr eigi, eþr hvart hann eigi at gegna &c., nec ne; vel num obligatur sit pro oeconomia &c.*

⁴⁾ *B cum suis legit: sitt, sua vel propria.*

⁵⁾ *B cum suis addit: spurning, sensu eodem, sed omittit: spyr ec.*

⁶⁾ *Uncis inclusa B cum suis omittit.*

⁷⁾ *B cum suis omittit: er spurþr var.*

⁸⁾ *B cum suis omittit: lögfrettar.*

⁹⁾ *B cum suis legit: þa skal sa sökia, er sottr vill hafa þuanna, tmn rusticorum quicumque voluerit agat.*

^{*)} *Uncis inclusa B cum suis omittit.*

^{**) B cum suis legit: V heimilisþu, quicumque accolæ domicilii.}

1) Hvar þess er mérni qveþia bua heima, an, oc sitia seþgar fyrir, oc þoat annarr cinn cigi i bui; þa er þo rett at qveþia hvarn er vill, 1) þar er þeir ero, rettir i qvipinom, oc scal qveþia hinn ellzta sonanna, ef þeir ero fleiri 2). Rett verþr oc þo at sa leysi qvipinn af hendi, er til þings kómr, þoþt hinn hafst qvaddr verit er heima site; en þann scal sökia um heima, setona, er qvaddr var, ef hvargi þeirra ferr, en víþ þann þeirra er sök, er a för kómr, 3) hvatki sem at þrytr:

4) [Þar er menn qveþia bua um þa laga-lösto, er a þeim vettvangi göraz er menn bregþaz frumlaupom víþ], 5) þa scal qvöþ upp-hestia um morgoninn, oc qveþia hvarn bua at þprom til þeir allir ero qvaddir, oc scal hann a einom degi qveþia, ef því ma víþ kóma. 6) Þeir scolo oc hina sömo bua qveþia, er síþarr hestia upp qvöþina, sem hinir qvöddo aþr, enda eigo þeir ruþningar 7) [allar er síþarr qvaddo]. Nu bregþaz menn víþ um bua-qvöþ, oc fara at sinom; enda hvarir, oc ef þeir hittaz a, þa ero

and Cum accollæ domo evocantur, et patër filiusqve in prædio: qvöðanviadsunt, qvem-cunqve eorum libet, veridicis modo justo annumerandum, evocare fas est, alteri eorum solicoeconómia, qvámvis fuërit. Filionum, si plures sint, natu maximus evocatur; eorum, qui comitiis interest, ut veridici muliere fungatur fas est, alter qvamvis domi remanens revera evocatus fuisset. Qvöd si eorum nemo in comitiis apparuerit domi remanens, (sed evocatus) contumaciæ reus agatur, quicquid vero ad justa judicialia absolvenda defecerit, in comitiis apparenti hoc imputetur.

Cum accollæ evocantur de lege definitis illis facinoribus, qvæ in eo rei gestæ loco, ubi aggressiones reciproæ accidunt, aguntur, evocatiõ mane diei instituat, et accollarum unus post alterum evocetur, donec omnes, si possibile fuerit, evocati sunt. Evocationem posterius instituentes eosdem accollas evocent ac altera pars prius evocavit; iis quoqve, qui posterius evocant, rejiciendi jura deferuntur. At de accollarum evocatione partes æmuli certant, et in oppositis singuli incipiunt extrenitatibus, tum, si in medio occurrunt, singuli decla-

1) B cum suis legit: þa er rettir ero þaþir, cum nempc iteryge justa evocatur.

2) B cum suis addit: enn einn, uní plures.

3) B cum suis legit: hvatki sem at bilar síþan, quicquid ad justa exependa deinde defecerit.

4) Uncis inclusa B cum suis omittit.

5) B cum suis incipit: þat er maþt, at qvöþ scal

uphestia, legibus cautum est, ut denominatio mane dies instituat &c.

6) B cum suis legit: þar er menn bregþaz frumlaupum víþ oc scolo þeir hina sömo &c., ubi aggressiones accidunt reciproæ, serius evocantes &c.

7) Uncis inclusa B cum suis omittit.

hvarirtveggio scyldir at segja, hvaria þeir qvöddo, og sva hvaria þeir atla enn at qveþia. 1) Þeir eiga eina bua allir at qveþia, enda eiga þeir hvarirtveggio ruþningar 2) oc um þa bua hvarir er þeir qvaddo síþarr. Nu hittaz þeir oc verþa eigi asattir, hveriom buum víþscal auka, þeim er þeir hafa aþr hvarigir qvadda, oc eiga þeir fyrir qvöþ at raþa, er fleiri höfþo qvadda buana, þa er þeir funduz. 3) [En ef þeir hafa jammarga bua qvadda], þa scolo þeir fyrir qvöþ raþa, er fyrri hofþo upp qvöþina. 4) Nu finnaz þeir sva at þeir hafa jammarga bua qvadda 5) hvarir II, enda verþa þeir eigi asattir, hvarir fyrri hofþo upp qvöþina, þa scolo þat scilia IX 6) buar 7) [þeir sem rettastir verþa vettvangs-buar um sakir þær, sem þeir qveþia um, ef þeir qveþia um einn vettvang, enda qveþia þeir eigi eina bua allir, hvarir fyrr toco til], en mal þeirra verþa öll onytt 8) [þau er þeir qveþia um, er qviþr berr þann vanhag, at síþarr höfþ upp qvöþina er síþr ætti fyrir at

rare tenentur, quosnam jam evocavere et porro evocaturi sint accolæ. Pars utraqve eosdem evocet, et rejicienli jus singulis competit de accolis posterius evocatis. At inter eos occurrentes non convenit, quinam accollæ, antea a neutris evocati, porro adjiciantur, tum eorum valeat votum, qui cum conveniebant plures accolæ jamjam evocavere. Qvod si totidem accolæ evocare utriqve, de evocandis desiniant evocationem prius incipientes. At utriqve, cum occurrentes, totidem accolæ evocare, sed quinam primi evocationem suscepissent inter eos non convenit: tum novem, quam maxime juste inter rei gestæ loci accolæ, de causis, circa quas evocant, numerantli accolæ dispiciant, quinam primi evocationem suscepissent, dummodo utriqve circa eundem rei gestæ locum, sed diversos tamen accolæ evocaverint. Causæ vero, de quibus evocant, in totum reprobantur, eorum, quibus tam incommodum veridici ferunt effectum, quod serius evocationem suscepissent, eam regendi jure, quamvis minus gauden-

1) *B cum suis incipit*: þat er mælt at &c.; *leges desinunt, ut utraqve pars &c.*

2) *B cum suis legit*: um þa bua er þeir qvaddo er síþarr qvöddo, *de accolis, quos serius evocantes evocavere.*

3) *B cum suis omittit*: En ef — qvadda.

4) *B cum suis legit*: En ef þeir &c., *Qvodsi utriqve &c.*

5) *Omissa*: hvarir II, *B cum suis legit*: enda scilir þa a hvarir firri toco til, *nec inter eos convenit quinam primi incipientes.*

6) *B cum suis legit*: vettvangsbuar, *accolæ circa locum rei gestæ evocati.*

7) *Pro iis, quæ unciis tenentur, B cum suis legit*: er rettastir verþa um framsökina i qviþnom, hvarir fyrri hofþ upp qvöþina, *qui circa causam principalem veridicorum effectum maxime juste exhibent (etiam dispiciant), quinam evocationem primi insitulisent.*

8) *Forum loco, quæ unciis tenentur B cum suis tantum legit*: er qviþinn berr i vanhag, *qui effato prolato culpæ insimulantur.*

raða]. En ef (þeir) hittaz a, sva at hvarirtveggio hafa sva miðe frammat qvöþ sinni, at fleiri buar verða þa allz qvaddir enn IX um þann vettvang, ef þeir qveþia hvarir eptir öþrom, sem mælt er, þa scolo þeir er síþr atto sirir qvöþ at raða, þa er þeir funduz, ¹⁾[cu þat scal fara eptir því, sem aþr var tint], fara til buss at þeirra buanna, er þeir einir qvaddo oc nema ser vatta at því at þeir nema af þeim ²⁾[bua] qvöþ, þa ³⁾[er þeir qvaddo þa] af því at þeir ero fleiri heim-an qvaddir enn IX um þann vettvang, ⁴⁾[oc scolo þeir þa aqveþa um, hvat þeir qvodd, oc nefna þa], oc scolo sva mæla þat mal at lögfastir mennu heyri, ⁵⁾eþr lysa elligar, sem bua-qvoþ, ⁶⁾[þeir scolo þat at hafa gört, fyrir III sol þaþan fra er þeir qvaddo. En ef þeir sinnaz eigi oc qveþia þeir þo cinn dag allir, oc eigi einu bua alla, þa scal allt sva fara um mal þeirra, sem aþr var tint]. En ef þeir nema eigi qviþ af buum, ⁷⁾[er seyldir ero til], þa ero onyt öll mal þeirra, þau er þeir hafa um qvatt, enda varþar buum ecki leioma-seta, ⁸⁾[þeim er einir qvaddo] ef qviþr berr hinom þann vanhag ⁹⁾[er þa qvaddo], at þeir

tes. Si cum occurrunt utrique in tantum evocationem suam absolverint, ut plures quam novem accolæ locum rei gestæ circumcirca evocatos iri futurum sit, cum juxta præscripta jam allata singuli alterius evocatos evocant: illi, qui aliis occurrentes, evocationem moderandi jure minus gaudebant — quod juxta prius allata æstinetur — accolarum, quos soli evocabant, domicilia adeant, et testes denominatos contestentur, se accolarum evocationem, qua eos evocabant, renuntiare, ea de causa, quod hunc rei gestæ locum circumcirca plures, quam novem accolæ evocati sint. (Renuntiantes) desiniant, qua de causa evocatum est, accolis nomine nominatis. Sic verba faciant, ut sui juris homines exaudiant, vel etiam accolarum evocationis instar renuntiationem denuntient. Hoc ante solem tertium ab institutæ evocationis tempore peragant. Qvod si non occurrerint, uno eodemque die, sed diversos accolæ utrique, quamvis evocaverint, tum negotia eorum modo antea præfinito gerantur. Si vero evocationem accolarum non revocaverint, ita quamvis facere obligati, causæ eorum omnes, de quibus evocabant, reprobantur, nec accolæ, quos alii

¹⁾ Uncis inclusa B cum suis omittit.

²⁾ B cum suis omittit: bus.

³⁾ B cum suis omittit: er þeir qvaddo þa.

⁴⁾ Uncis inclusa B cum suis omittit.

⁵⁾ B cum suis legit: oc fara sva meþ því mali,

sem meþ qvöþinni, et in cæterum hanc causam ita tractent ac ipsam denuntiationem.

⁶⁾ Qvæ uncis tenentur B cum suis omittit.

⁷⁾ B cum suis omittit: er seyldir ero til.

⁸⁾ B cum suis omittit: þeim er einir qvaddo.

⁹⁾ B cum suis omittit: er þa qvaddo.

höfi síþarr upp qvöþina. ¹⁾[Slíkan kost eiga þeir oc víþ sína bua er qvöþ atto at halda, oc öll hin sömo atferli scolo þeir hafa, sem hinom var til handa mælt]. Enda þoat þeir nemi qvöþ af sinom buum, er eigi veri scyldir til nema vildi, þa verþa onyt mal þeirra, er qviþr herr þann vanhag ²⁾at þeir höfi síþarr upp qvöþ, enda feugi þeir eigi af numit qvöþ af sinom buum. En ef þeir verþa asattir hvarir qvoþ eiga at taca af buum ³⁾sinom, þa scolo þeir ⁴⁾segia, [er qvöþ eiga at halda], af hvariom buum hinir eigo taca qvöþ, oc sva hveria þeir scolo qveþia, enda verþr þa hvarigom at sakar-spelli, þo at fleiri veri qvaddir fyrst enn IX ⁵⁾[um þann vettvang], ef þeir fa þo numit qvöþ fyrir III sol af þeim buum, sem umfram eru.

tantum evocavere, domi quamvis remanentes reatum sibi contrahunt, si veridici in evocantium incommodum probaverint eos serius evocasse. Quoad accolas suos evocatos idem juris deferretur iis, quorum evocatio prævaleat, et modo parti alteri præfinito res suas omnino moderent. Accolas (superfluos), quanvis ab evocatione liberaverint, qui sic, nisi vellent, facere non tenebantur, illorum tamen causæ reprobantur, quibus in detrimentum probant veridici, eos posterius evocationem instituisse, non tamen factam accolarum suorum evocationem revocasse. Si inter partes convenerit, quinam accolarum suorum evocationem revocent, illi, quorum valeat evocatio, definiant et quosnam accolas altera pars evocatione liberet, et quosnam adhæc evocet, quo casu partis neutrius causa viatiatur, quanvis rei gestæ locum circumcirca plures, quam novem primum sint evocati, ante solem tertium dummodo accolas superfluos evocatione liberaverint.

XXVIII. CAPITULI.

Um bua-qvöþ.

⁶⁾ [Ef þeir alburþir verþa at sva miðc

TITULUS XXVIII.

De accolarum evocatione.

Si acciderit partis utriusque accolarum

¹⁾ *Uncis inclusa B cum suis omittit.*

²⁾ *Sequentia usque ad: af sinum buum, B cum suis ita exprimit: er þeir görþo eigi, nema qvoþna af hinom buum fyrir III sol þaþan fra er þeir voro qvaddir, quod accolas istos evocatione non liberavere ante solem tertium inde a tempore, quo evocati fuerunt.*

³⁾ *B cum suis omittit: sinom.*

⁴⁾ *B cum suis pro: segia, legit: reþa, definiant et omittit: er qvöþ — halda.*

⁵⁾ *B cum suis omittit: um þann vettvang.*

⁶⁾ *Uncis inclusa B cum suis omittit.*

höfuz a meþ mönnum um bua qvöþ, at buar vilia þat borit hafa, at þeir qveddi jafusnemma hvarir þa bua II, er þeir qvaddo fyrsta, þa verþr hvarigom at sakar-spelli, hvar þess er þeir vilia hvarir glepia fyrir öþrom, enda raþa þeir saman um, ef buar ero fleiri qvaddir enn IX].

Sökiendr verþa utlagir III mörkum, ef þeir leyua qvöþ eþr liuga til, ef þeir ero ¹⁾[meþ vatta] spurþir, enda verþa öll mal þeirra onyt, þau sem þeir hafa um qvatt. Buum varþar siörbaugsgarþ, ef þeir göra eigi segia hvart þeir ero qvaddir eþr eigi, oc sva ef þeir liuga til, ²⁾[enda se þeir spurþir meþ vatta. Þat ero bæþi stefno-sakir, oc seal qveþia til IX heimilis-bua a þingi þess er sottr er um siörbaugssöc, en V til utlegþar. Þeir menn eigo þær sakir, er þa spurþo lögfretta, oc meþför höfþo þeirra mala, er þeir glöppo.

Hvar sem maþr spyr mann lögfretta þa scal hann nefna ser vatta at spurningonni, oc sva at svörom þeim er verþa oc sva þot engo se svarat, þa scal þo hafa vatta viþ].

Þat er þeimi mönnum rett, er siþarr qveþia bua, at qveþia þa bua, er þeir

evocationem ita coincidere, ut veridici contendant duos, quos quævis pars primos evocavit accolæ, eodem temporis momento evocatos fuisse: neutrius partis causa vitiat, dummodo utraqve pars partis contrariæ causam perdere intenderit et communi consensu accolæ novem excedentes evocati sint.

Actores (evocantes) trium marcarum multam expendant, si testibus admotis, quamvis interrogati de evocatione vel dissimulaverint vel mentiti fuerint, causæqve eorum omnes, de quibus evocabant, reprobantur. Exilii accolæ tenentur, si testibus adhibitis modo interrogati, utrum evocati sint nec ne, non declaraverint, ut et si mentiti fuerint. Utrique huic causæ adhibeatur citatio, novem, in causis exilii ejus, in quem agitur domicili vicinis in comitiis evocatis, sed quinque in causis multatiis. Causæ illæ agendæ deferuntur iis, qui lege definitas quæstiones iis proponere, et causas, quas vitavere, agendi jure gaudebant.

Ubi quis alteri lege definitam proponit quæstionem, testes ille antestetur tum de ipsa quæstione, cum de responsis, quæ refert, cum nihil responditur, testes nihilominus adhibeantur.

Qui posteriores evocant, nec certo sciunt, quosnam accolæ prius evocantes

¹⁾ B cum suis omittit: meþ vatta.

²⁾ Qvæ uncis tenentur B cum suis omittit.

hyggia rettasta, hvar þess er þeir vita eigi ¹⁾[vist] hvaria hinir hafa qvadda, [er fyrri qvaddo].

Ef maþr dvelr qvöþ sina ²⁾eþr scyndir hann til þess dags, er hann veit at aþrir menn vilja ³⁾þua qveþia, fyrir þeim söcom at hann vill gleþia i þvi sakir þeirra, en hann spillir i þvi sök þeirri, er hann qveþr um, enda varþar hanom þat siörbaugsgarþ, þat er stefno-sök, oc scal qveþia til a þingi IX heimilis-þua þess er sottr er. ⁴⁾[Sa maþr a sök er þa hefir meþsiör þeirra saca, er hinn vildi gleþia].

XXIX. CAPITULI.

Um heiman-qvafir viþ vatta.

Vatta sina a maþr at qveþia heiman, hvart sem hann vill hafa þa vatta til soenar eþr varnar. Hann scal qveþia meira luf þeirra vatta ⁵⁾er hann man at nefndir varo at þeim orþum, er hann vill þa vattorþ um reyna, ⁶⁾[nemá þviat eino at þeir hafu þvi iatt, þa er þeir voro

evocassent, jus habeant eos evocare accolas, quos maxime juste sese habere opinantur.

Qui evocationem suam eo consilio, ut causas alterius partis vitio officiat, vel distulit vel festinat in diem, quo alios evocare velle novit, propriæ causæ damnun affert, et exilii reatu eo nomine tenetur. Causæ huic citatio adhibeatur, novem ejus in quem agitur domicili vicinis in comitiis evocatis. Hæc causa agenda ei defertur, qui tunc temporis causam tenet agendam, quam alter vitiare intendebat.

TITULUS XXIX.

De domi testibus insinuanda evocatione.

Testes domo evocentur, sive actioni, sive defensionis adhibendi sint. Majorem partem testium, quos de verbis (vel factis) testimonio jam probandis antestatos fuisse memoria tenet (agens), evocet, nisi ad testimonium ferendum denominati receptissent, se duos tantum testimonium præstare

¹⁾ B cum suis omittit: vist er & fyrri qvaddo.

²⁾ B cum suis legit: eþr hrapar meirr, vel magis præcipite festinaverit.

³⁾ B cum suis interponit: þann dag, eodem die.

⁴⁾ Reliquum tituli B cum suis omittit.

⁵⁾ B cum suis legit: er hann nefndi at þeim orþum er hann vill maldaga um reyna, quos in memoriam verborum, de quibus actio tentanda est, denominavit.

⁶⁾ Unco inclusa B cum suis omittit, sed eorum loco habet: Scal hann qveþia at löghcimili þess er hann telse i þat vetti, oc nefna hinn, oc

qveþa a lvert vetti þat er; þar er hanom oc rett at qveþia er hann siþr hinn sialfan at mali er hann vill qvaddan hafa. Hann scal qvatt hafa vatta sina heiman em fimta dag vico er VIII, vicor ero af sumri, Evocationem instituat in domicilio ejus legitimo, quem ad testimonium exhibendum evocat, altero nominato et desinens, quid testimonii sit, ad quod evocatur. Juste porro evocandum ibi evocat, ubi eum convenit. Octo ætatis hebdomadibus peractis in quinto die hebdomadis testium suorum evocationem domo perfecisse tenetur.

nefndir i vettit, at þeir mundi þó þat vetti bera, þott þeir veri eigi fleiri enn II, oc lýðir hanom þa, þoat hann hafi minna lut qvatt vatta sinna, oc ero þeir jamnseyldir at bera vetti þat, þott þeir se II einir qvaddir; hann scal qveþia mann vættis, þar er hann heyrir a sialfr, eþr at lögheimili þess er hann telr i þat vetti; hann scal nefna ser vatta II eþr sleypi. I þat vetti at ee qveþ þie vættis þess N. er ec nefnda þic þa at, oc qveþa a hvat þat var; qveþ ec þic at bera vetti þat meþ neyti þat, sem ee sie þer til at domi oc i dom fram, þar sem ec vil segia fram soen a hönd N. Ns., eþr vörn fyrir þann mann er þess þarf heldr. Qveþ ec þie lögqvöþ. Hann scal aqveþa til hvars þings hann qveþr hinn, oc scal lysa qvöþ þa sem stefno, ef eigi heyra lögfastir menn a].

Ef boandi sa er qvaddr vættis, er þingfarar kaupi a at gegna, oc scal hann eigi qveþia i gegn hestz ne matar. En ef sa bondi er qvaddr vættis, er ¹⁾[eigi a] þingfarar kaupi at gegna, eþr gripmaþr ²⁾[þess vættis er hann mætti eigi or segiaz], þa er rett at qveþia i gegn hvarom II þeirra ³⁾allrar þeirrar reiþo, er til þingfarar þarf at hafa.

velle, quo casu minorem testium partem evocasse sufficit evocanti, tum enim illi, quamvis duo tantum, testimonia præbere tenentur. Evocans testimonii alium postulet, ubi hic exaudit ipse, vel in ejus, quem evocat, legali domicilio. Duo pluresve testes sibi denominet ad attestandum, quod te N. N. (licet) testimonii postulo, de quo te antestatus fui — hoc quare sit hic definiat — ut hoc testimonium, cum cæteris, quos tibi suppedito sociis ad iudicium adferas et in iudicio proferas, ubi actionem in N. N. — vel ejus defensionem, si res ita se habuerit — instituere volo. Legali postulandi formula te postulo. Evocans definiat, ad quænam comitia testem evocat, et cum sui juris homines evocationem prolatam non exaudiunt, citationis instar ea denuntietur.

Si colonus, qui tributum professionis comitalis solvere obligatus est, evocatus fuerit, equm et victum ab evocante reposcendi jus ne habeat. Quodsi colonus tributum professionis comitalis solvere non obligatus testimonii postulatus fuerit, vel operarius testimonii, quod retinere ei non licet, uterque horum omnia ad professionem comitalem necessario habenda reposcendi jure gaudeat.

¹⁾ B cum suis omittit: eigi a, þa habet.

²⁾ B cum suis omittit: þess vættis — segiaz.

³⁾ B cum suis interponit: ef þeir vilja, si voluerint.

Ef maþr er þess vettis qvaddr, er hann vissi van at þingfarar mundi af göráz, þa er hann var nefndr, oc scal hann encis qveþia igegn, ¹⁾nema hann ætti eigi or at segiaz. ²⁾[Ef maþr er vettis qvaddr oc heyrir a qvöþ hins, þa scal hann þegar qveþia þess, sem hann vill. Hann scal nefna hins föronauta i vetti, ef eigi ero aþrir til, enda a engi maþr at segiaz or þvi vetti].

Ef maþr er sva vettis qvaddr, at hann heyrir eigi a qvöþ hins ³⁾[eþa verþa hvinsi víþ þott hann heyrir] oc er hanom rett at fara til lögheimilis þess mannz, er hann qvaddi vettis ⁴⁾[eþur qvöþ seldi] oc qveþia þann þar þeirrar reiþo ⁵⁾, er hann þarf til þingfarar. Sva scal maþr qveþia þess, at nefna ser vatta ⁶⁾[II eþr fleiri]. I þat vetti: ⁷⁾at ec qveþ þic N. N. hestz oc söþuls, at comi til lögheimilis mins fyrr enn ec riþa heiman, ⁸⁾oc qveþa a hvar þat er. Matar a hann oc at qveþia hann oc tialdz oc buþar-rums oc þeirrar reiþo allrar, sem hann þarf a þingi at hafa; ⁹⁾[qveþ ec þic lögqvöþ, sva at þu heyrir a. Lysa scal þa qvöþ, sem stefno, ef

Cum testimonii quis postulatur in causa, quam in comitia transferendum esse, cum denominabatur certo præscivit, nihil resposcat, nisi testimonium retinere ei non concessum fuerit. Cum quis testimonii postulatus alterius evocationem ipse exaudit, ille statim resposcat quæcunque voluerit. Evocantis viæ socios, si alii non adfuerint, testes contestetur, quo facto, necui hoc testimonium retinere liceat.

Cum quis ita testimonii postulatur, ut alterum evocantem non audiat vel exaudiat quidem sed audiens perturbatur, sus erit, ut legale testimonium postulantis vel evocationem mandantis domicilium adeat, eumque postulet omnium ad iter comitiale necessario habendorum. Hanc postulationem instituat duo pluresve testes denominando, in id (inquirat) testificandum, quod te N. N. equi et ephippii postulo, ut ad legale meum domicilium — quod ubi sit desinat — adferas, in comitia priusquam viam domo ingredior. — Victus eum etiam postulet et tentorii et membri in tabernaculo, et cujuscunque in comitiis ei necessario habendi suppellectilis. — Legali postulandi formula

¹⁾ Pro: nema — segiaz, B cum suis legit: þess er hann þarf til þingfarar at hafa, eorum qvæ ad itus comitiale ei opus est.

²⁾ Uncis inclusa B cum suis omittit.

³⁾ Quæ uncis tenentur B cum suis omittit.

⁴⁾ B cum suis omittit: eþr qvöþ seldi.

⁵⁾ B cum suis pro: er hann — þingfarar, legit: er hann ætti at qveþia at lögheimili sino, ef hann heyrir a qvöþ hins, et qvæ in proprio do-

micilio, si alterius evocationem adisset, postulare debuisset.

⁶⁾ B cum suis omittit: II eþr fleiri.

⁷⁾ B cum suis interponit: scal hann qveþa, inquirat.

⁸⁾ B cum suis legit: oc nefna hann oc qveþa a dag uæz hann mun heimar riþa, et eo nominato diem præfinit, quo domo egritaturus sit.

⁹⁾ Uncis inclusa B cum suis non habet, sed eo-

eigi heyra lögfastir menn. Hanom er eigi seyllt at fara til þings, nema hanom se hestr fenginn, sa er hanom se förr til þings at fara fullum dagleiðum með öþrom mönnum. Ef hestr kömr sva til handa hanom, sem mælt er, þa scal hann þeim manni fylgia, er qvaddi hann til þings oc til buðar, ef sa vill þat er qvaddi, enda scal sa er qvaddi hafa þing-sararkaup þau, er hinu hlytr, er qvaddr var. En ef hann lætr hinom eigi uppi matiun, þa er þeir coma til þings, þa scal stefna hanom um at lögbergi, oc lata varþa III marka utlegð, oc qveþia til V bua þess er sottr er.

Hann scal lata bera vetri þat i dom, ef þess er kostr, er hann nefndi at er hann qvaddi matarins. En a þingi scal hann vera, þott hiun haldi matinom fyrir hanom, þartil er hann hefir malom lokit, þeim er hann var tilqvaddr heiman].

Ef maþr qveþr mann vetlis þess, er sa hyggv þat er qveþr at hinn veri eigi i

exaudientem te postulo. Hæc postulatio citationis instar denuntietur, si eam prolatam sui juris homines non exaudierint. Evocatus in comitia ire non tenetur, nisi equus ei suppeditetur, qui inter alios unius diei itus quotidie peragere par sit. Si juxta ea, quæ jam præscripta sunt, equus testi evocato suppeditetur, ille evocantem in comitia sequatur, et in tabernaculum, si evocans voluerit, qui etiam tributa protectionis comitalis evocato delata capiat. Si evocans, in comitia postquam ventum est, victum alteri non suppeditaverit, ad rupem jurisdictionis in jus vocandus est, et trium marcarum multa ei intendatur, quinque ejus, in quem agitur, (domicilii) vicinis in comitiis evocatis.

Modo possibile sit evocatus testimonium iudicio coram proferri faciat, quod cum victum postulabat denominaverat. Evocans quamvis victum retinuerit, testis evocatus in comitiis tamen maneat, omnia donec rotulerat testimonia, ad quæ proferenda domo evocabatur.

Ubi quis alterum testimonii postulat sciens quidem eum ad hoc proferendum

rum loco legit: Hann a at bioþa hanom fylgio sina, oc þingmenu þa er hann hlytr, er þeir coma til þings. Sa maþr er scyldr, er vættis qvaddi, at lata coma hest til handa þeim manni, er qvaddr var, þann er hann megi fara fullom dagleiðum. Ef hann lætr eigi hest þann hingat coma, sem qvatt var, oc er rett þeim manni þa heima at sitia er vættis var qvaddr, Comitatum

suum denominanti offerre debet, scripsetasque qui ad eum pertinent, cum in comitia perveniunt. Ad testimonium exhibendum provocans equum ei, quem provocavit, præstare debet, quo unius diei iter quotidie peragere possit. Si postulatus, quamvis talem equum huc non venire fecerit, ad testimonium exhibendum provocatus juste domi remanet.

¹⁾[er qvaddr er], oc vill hann þat göra til ogagns hinom, ²⁾oc varþar þar ecki heima-seta, en hinom fiörbaugsgarþ er qvatt hefir. Söc þeirri scal stefna heim-an, oc qveþia til IX heimilis-bua a þingi þess er sottr er.

Ef maþr er þess vettis qvaddr er hann þickiz eigi i hafa verit, oc scal hann þo til þings fara, ³⁾[hann scal ganga til doms oc vinna eip. Siþan scal hann vinna eip. Siþan scal hann nefna vatta, at þvi at hann bergse oc vetti þvi, oc qveþa a hvart vetli þat er. Berumc ec or at lögom. Berumc ec þvi or at ec var eigi i nefndr.

Ef maþr segz or þvi vetli er hann var inefndr, þa er þat liugvitni, oc varþar hanom sliet allt su meþferþ þa, sem hann hafi borit liugvetti.

Þar er maþr qveþr mann vettis þess er hann veit at hann var eigi inefndr, þa a sa cost er vettis er qvaddr, at stefna söc þeirri at lögbergi oc sökia et sama sumar, enda a hann cost at sökia siþarr, ef hann vill].

non denominatum fuisse, sed ei incommo- dum adferre qværens, contumacia testis evocati impunis sit, sed evocans exilio puniatur. Hæc causa citatione domi manifestata incipiat, novem ejus in qvem agitur domicilii accolis in comitiis evocatis.

Si quis testimonii postulatur ad qvod proferendum se non denominatum fuisse putat, in comitia qvidem profisciscatur, judicium adeat et juramentum præstet. Juramento deinde fungatur. Testes porro denominet se hoc testimonium proferre abnuere. Testimonium qvale sit definiat. Legibus convenienter (dicat) abnuo; eo nomine abnuo, qvod neqvavvam denomina- tus sim.

Si quis testimonium in qvod denomi- nabatur, proferre abnuerit, falsum com- mittit testimonium, et sic faciendo eundem sibi contrahit reatum acsi falsum protulis- set testimonium.

Ubi quis alterum testimonii postulat, sciens tamen eum in hoc proferendum non denominatum fuisse, testimonii postulato causam eadem æstate agendam ad rupem jurisdictioni citatione incaminare liceat, sed posterius eam etiam agendi jure gaudeat.

¹⁾ B cum suis omittit: er qvaddr er.

²⁾ B cum suis legit: oc varþar hinom fiörbaugs- garþ er qvatt hefir, testimonii postulans exilii tenetur.

³⁾ Reliquum tituli B cum suis omittit addito: oc beraz at domi or vetteno, et judicio coram te- stimonium exhibere renuat.

XXX. CAPITUL.

Um þat, hve heiman scal qvatt
et siþarsta.

1) Maþr scal qvatt hafa heiman vatta
sina eþr bua et siþarsta XIV nottom fyrir
alþingi, en VII nottom fyrir varþing.

2) Ef vattr mannz verþr siukr 3) [cþr
sarr], þa scal hann göra orþ þeim manni
er hann hefir qvatt þingfarar, 4) [at hann
comi til fundar við hann, þar sem hann
qveþr a eþr til heimilis hans ella, ef
hinn siuki þickiz hvegi förr. Hinn
siuki scal] bioþa hanom at retta vetti
5) [þat sem hann var i nefndr] við þa
menn aþra, sem i þvi vetti voro nefndir
meþ hanom 6). Sa maþr scal fara er
vettis qvaddi at finna þa menn 7) [aþra]
er i vetti voro meþ hinom siuka, oc
qveþia þa at þeir fari at finna hinn siuka
mann, oc retta vetti við hann. 8) [En
ef vattar vilia eigi fara at retta vetti við

TITULUS XXX.

De ultimo evocationis insinuandæ
termino.

Tam testes suos quam veridicos domo quis-
que evocet, si non prius, tamen decemqva-
tuor ante comitia generalia, et septem ante
comitia vernalia noctibus.

Testis alicujus, cum morbo vel vulne-
ribus æger decumbit, verba illi faciat qui
eum ad comitia proficisci provocavit, ut
eum in loco quem destruit, vel in ægri do-
micilio, si nullibi sese movendi par fuerit,
conveniat. Æger testimonium, in quod de-
nominatus fuit, cum cæteris, qui eocum
in idem testimonium denominabantur, con-
struere et iis tradere evocanti offerat. Evo-
cans cæteros cum ægro in testimonio fe-
rendo socios conveniat, eosque postulet, ut
ægrotantem ad testimonium supplendum
adeaut. Si testes reliqui testimonium cum
ægrotante construere noluerint, trium mar-
carum reatum incurrunt, æger vero (si

1) *B cum suis legit*: Qvatt scal vattorþa allra XIV
nottom fyrir alþingi, nema maþr lati nefnaz i
þat vetti er hann veit þingfarar af van, oc scal
qveþia þar vattis hvegi nar þingi er þat er,
*Qvatuordecem ante comitia generalia noctibus
testes ad testimonia exhibenda provocandi sunt,
nisi aliquis testimonium exhibere reciperet, ad
quod exhibendum ad comitia sibi eundum esse
certo scivit, quo casu tam prope ad comitia,
quam res fert, testimonium cum postulare fas
est.*

2) *B cum suis legit*: Ef sa maþr er qvaddr er
vettis, cum testimonium postulatus.

3) *B cum suis omittit*: eþr sarr.

4) *B cum suis, omissis quæ uncis inclusa sunt,
legit*: er hann hefir qvaddan vettis oc bioþa
hanom &c., qui eum testimonium postulavit, ei-
que offerat (se testimonium cum cæteris &c.)

5) *B cum suis omittit*: þat sem — i nefndr.

6) *B cum suis addit*: scal hann bioþa at lögheim-
ili sino, in justo suo domicilio id offerat.

7) *B cum suis omittit*: aþra.

8) *Uncis inclusa B cum suis omittit, sed eorum
loco habet*: Eiþ scal hinn siuki maþr vinna oc
qveþa a hvert vetti hann mundi bera, jura-
mento functus æger declaret quodnam testimo-
nium laturus esset.

hinn siuka mann, oc varþar þeim þat III marka utleggþ, en hinn siuki scal retta vetti þat firir þeim sva sem þeir verþa asattir, oc scal hann eip vinna at hann man vetti retta, sem hann hyggr rettast oc sannast oc helzt at lögom.

Þa er hinn siuki maþr hefir unnit eip, þa scal hann aqveþa hvert vetti hann mundi bera, oc sva scal hann mæla þeim malom öllom sem at domi.

Ef hinir coma eigi til fundar við hinn siuka mann er i vetti voro nefndir með hanom, þa scal hann retta vetti fyrir þeim er qvaddi hann, oc fyrir þeim mönnum er við vetti haus taka]. Þar scolo II menn taca við vetti hans, euda er rett at III menn taki við vetti II manna, ef II ero siukir. Þeir menn er við vetti taka scolo styþia með frumvattom a þingi ¹⁾[at domi] oc qveþa a hvart vetti hinn siuki bar. ²⁾[En þeir scolo þa vetti framtelia, oc bera at öllu, ef engir ero frumvattar a þingi, enda verþr þat þa jafnrett er þeir bera, sem hinir bæri er frumvattar voro].

Ef sa maþr er qvaddr vettis er hann vill fara af landi, oc er hann cominn ³⁾[til scips með vöro sina] a flitandi furo; en þa er hann cominn a flitandi furo, er hann hefir fót sin a scipi, oc

eum. conveniunt), ut inter omnes convenit testimonium suppleat, juramento functus probans se ita testimonium supplere velle, ut rectissimum, verissimum et legibus convenientissimum opinatur.

Æger juramento functus definiat qvale prolaturus sit testimonium, iisdem ac iudicio coram formulis in cæterum usus.

Si ægrum non convenerint, qui in testimonium eocum denoninabantur, testimonium referat coram evocanti et cæteris, qui ejus testimonium recipiant. Duo ibi testimonium ejus recipiant, et si duo ægro-taverint, ut tres horum duorum recipiant testimonium fas est. Testimonium recipientes cum testibus principalibus in comitiis iudicio coram hoc fulciant, qvale testimonium æger protulisset definientes. Si testes principales in comitiis non adfuerint, (testes illi adscititi) testimonium soli proferant et omnino persolvant, et qvæ testantur tam vera habeantur, qvam si testes principales id edixissent.

Si quis peregre profecturus testimonii postulatur, cum in navim, cum merce sua, in natantem abietem jamjam perveniebat — in natantem abietem delatus esse censetur, cum supplectilem suam in navim

¹⁾ B cum suis omittit: at domi.

²⁾ Qvæ uncis tenentur B cum suis omittit.

³⁾ Uncis inclusa B cum suis omittit.

scipveriar hafa meira lut a scip borit vöro sinnar. ¹⁾Hann skal þa fara með malom sinom, oc leysa vetti þat af hendi, sva sem tint var aþr, ef maþr veri siukr, at öllo öþro enn hann skal fara til fundar við þann mann er hann hefir qvaddan.

Ef vanheill maþr lætr i vetti nefnaz oc skal þat eigi standa fyrir þingsförl hans, nema hann hafi þa meiri sölt er hann skal heiman rípa, en þa er hann var i vettiþ nefndr.

XXXI. CAPITULI.

Um hveriar konor maþr a vigt.

²⁾[Sva er mælt i lögom at] VI ero konor þær er maþr a vigt um. Ein er kona manuz, ³⁾II móþir, III dottir, IV systir, V er föstra su er maþr hefir födda ⁴⁾[lögfostri], VI er föstra su er hann hefir föddan ⁵⁾[lögfostri]. ⁶⁾Ef maþr kömr þar at er annarr maþr brytr kono til svefnis, þa er hann a vigt um ⁷⁾, oc hafi hinn felda hana, oc latiþ afallaz ⁸⁾, eþr hittir hann hinn i sama sæng henni, sva at þan hvili bæþi samt, ⁹⁾[oc er hinn af

trastulit et nautæ maximam mercis suæ partem in navim deferebant — Res suas tum moderet et testimonium persolvat prout antea teste ægrotante præscribitur, eo tantum excepto, quòd evocantem ipse conveniat.

Si quis infirmitate laborans in testimonium sese denominare patitur, hæc eum a protectione comitali haud liberet, nisi domo abiturus graviore morbo teneatur, quam cum in testimonium denominabatur.

TITULUS XXXI.

De fæminis quas (stupratas) cæde vindicare fas est.

Leges definiunt sex esse fæminas, quas (stupratas) per cædem commissam vindicare liceat; prima earum uxor mariti, secunda mater, tertia filia, quarta soror, quinta alumna, quam quis legali modo alendam suscipiebat, sexta altrix, quæ vindicem legaliter aluit. Si quis incidenter ibi apparuerit ubi alter fæminam illi cæde vindicandam vi ad concubitum prosternit, qui et eam dejecerat, et ei se immiserat, vel si in eodem eacum lectu, ubi ambo una de-

¹⁾ *Segventia usque ad: hefir qvaddan, B cum suis ita exprimit: Scal hann sva leysa vetti af hendi ser, sem hinn siuki maþr atti af hendi at leysa þat vetti er hann var qvaddr, testimonium proferendum eodem modo persolvat, ac æger debuit testimonium cuius ille postulatus fuit.*

²⁾ *Uncis inclusa B cum suis omittit.*

³⁾ *B et omnes eum secuti matrem et filiam locum invicem mutare faciunt.*

⁴⁾ & ⁵⁾ *B cum suis omittit: lögfostri.*

⁶⁾ *B cum suis legit: þat er malt, cautum est legibus, quod &c.*

⁷⁾ *B. cum suis. addit: þar a þeim vettvangi, in eo rei gestæ loco.*

⁸⁾ *B. cum suis. addit: oc a hann þa vigt um þar a þeim vettvangi, tun in eo rei gestæ loco hæc cæde vindicandi jus habet.*

⁹⁾ *Uncis inclusa B cum suis omittit.*

Þvi þar cominn] at hann vildi misröþo raða víþ hana, oc a hann þar vigt um i hvarumtveggja staþ ¹⁾[oc a þeim vettvangi, en eigi lengr enn sva. Hinom varþar þat scoggang hvartveggja], þott eigi hafí tekiz misröþan. Þar er maþr vegr um þa kono eþr vinur a manni er eigi hefir tekiz misröþa víþ, oc var þo til styrt, þa eiga einir vetvangs-buar at scilia hvartveggja um vig oc um þau averk, sem ero, oc sva um þat, ef hann vill til ohelgi hinom vegna lata föra, ²⁾[eþr þeim er a var unnit]. Þar er ³⁾legorþz söc hefir tekiz, ⁴⁾[þa a maþr vigt um til ens næsta alþingis. Hinn fellr oheilagr fyrir hanom oc fyrir þeim mönuom öllom er hanom fylgja til averka víþ hinn oc veita hanom líþ], en þa scolo þar þeir ⁵⁾buar scilia um vig eþr averk, er næstir ero þeim vetvangi er þat görþiz. En þeir buar scolo scilia um legorþ er næstir ero þeim staþ er þat göriz, nema allt göriz a einom vetvangi, þa scolo hinir sömo buar scilia hvar Ha helgi mannz oc sva ohelgi. ⁶⁾Hvar þess er maþr vegr mann um þa kono er hann a vigt um ⁷⁾[eþr vinnr a manni], oc er annarr aþili legorþz sakar, sa er eigi

cumbunt, eum offenderit, qui etiam eum in sinem eo usque progrediebatur, ut consilium inhonestum, cum fœmina peragat, in utroque loco cædem committendi jure gaudeat (vindex), in loco tamen rei gestæ nec ultra. Alter vero utroque proscriptio- nis pœnam sibi contrahit, malum quamvis ejus consilium haud perficiatur. Ubi quis fœminæ stuprum, non perfectum quidem sed intentatum vel cæde vel læsionibus vindicat, rei gestæ loci accolæ soli dispiciant, tum de cæde, cum de læsionibus illatis, ut et si alterum jure cæsum vel læsum fuisse contendit agens. Ubi stuprum perficiebatur vindex jus habeat ad proxima usque comitia generalia cæde hoc ulcisci; iste vero jure cæditur tum ab ipso vindice, cum ab omnibus eum ad læsiones illi inferendas in auxilium secuti. De cæde et læsioni- bus dispiciant accolæ ad locum ubi res gerebatur proxime habitantes. De stupro dispiciant accolæ ad locum ubi hoc gerebatur proxime habitantes, nisi utrumque in uno eodemque fiat loco rei gestæ, tum enim accolæ iidem dispiciant utrum cædes vel læsio juste vel injuste illata fuisset nec ne? Ubi quis stupri fœminæ illati justus vindex aliquem vel cædit vel lædit, alter vero stu-

¹⁾ *Quæ uncis tenentur B cum suis omittit.*

²⁾ *Uncis inclusa B cum suis omittit.*

³⁾ *B cum suis legit: misröþan, malum consilium.*

⁴⁾ *Quæ uncis tenentur B cum suis omittit.*

⁵⁾ *B cum suis legit: vigs vetvangs-buar, cædis gestæ loci accolæ.*

⁶⁾ *B cum suis incipit: þat er maþt, legibus cautum est.*

⁷⁾ *B cum suis omittit: eþr vinnr a manni.*

vill sökia sök þa, þa er rett at sa bui til sökina er vigit hefir vegit ¹⁾[eþr averk veitt manni um kono sakir] oc söki þat mal, eþr seli sva sem hann se retrt apili, ²⁾[oc sliet þoat eigi hafi tekiz legorþ].

Þeir menn er veria scolo mal fyrir þa menn er at vigi hafa verit meþ veganda eþr fyrir hann sialfau, ³⁾[oc sva þoat minni averk (hafi) verit fyrir kono sakir], þa scolo þeir qveþia til biarg-qvipa allra ⁴⁾[V] vettvangsbua, þa er næstir bua vetvangi, i þann socnar qviþ er a herr vig, eþr averk, um þat sem þeir vilia hanom til ohelgi fört hafa, oc sva um þat allt, sem þeir vilia til varna hafa um þau mal.

Þar er maþr hefir vegit um þa kono er hann a vigt um, þa scal hann stefna inom dauþa manni ⁵⁾[þar er lögheimili hans var siparst], oc mæla sva: Nefni ec i þat vetti at ec stefni ⁶⁾N. N. syni um þat, ⁷⁾oc qveþa a hvat hann förir til ohelgi hinom, oc tel ec hann hafa ohelgan fallit, tel ec hann eigi eiga kirkio lægt, ef hanu vill sva at qveþa, ⁸⁾[þa scal hyscop þvi raþa]. Tel ec sect fe hans alt,

pri illati actor competens de hoc actionem instituere nolit: ut cædis vel læsionis fæminæ causa illatarum autor actionem (stupri) suscipiat fas est, hancqve causam vel ipse agat vel alii demandet quasi actor sit competens; quod de stupro quamvis non perfecto etiam valeat.

Qvi vel eorum, qvi cum occisori cædi adfuere vel ipsius occisoris, causam dicant — ut et si minor fæminæ causa adfuerit læsio — qvinqve ad locum rei gestæ proxime habitantes accolat, actionis veridicis, qvi vel cædis vel læsionis reum insimulant, exentos, ad effata excusatoria præstuada provocent, ut probetur vel mortuum jure cæsum fuisse vel qvicquid aliud in incusati excusationem adferre sustinerent.

Justus fæminæ vindex, si ejus causa cædem commiserit mortuo diem dicat, ubi novissime justum domicilium ei fuisse cognovit, his verbis adhibitis: testes denomino, ut testimonio probetur me N. N. filium in jus vocare eo nomine — hic definiat, quid tale adfert, ut mortuus pro jure cæso habendus sit — eum jure cæsum esse contendo; eum in sancto cæmiterio non sepeliendum urgeo — si hoc definire voluerit,

¹⁾ *Uncis inclusa B cum suis omittit.*

²⁾ *Qve uncis tenentur B cum suis omittit.*

³⁾ *Uncis inclusa B cum suis omittit.*

⁴⁾ *B cum suis omittit: V.*

⁵⁾ *Uncis inclusa B cum suis omittit.*

⁶⁾ *B cum suis legit: hanom, eum.*

⁷⁾ *B cum suis legit: sem hann ræþr a at qveþa, in quantum ipse definire vult.*

⁸⁾ *Uncis inclusa B cum suis omittit.*

¹⁾[oc scal hann fara þeirri stefno, sem öþrom], oc qvæþa a til hvars þings hann stefnir, ²⁾[oc stefna lögstefno. Sva scal þat mal at öllo tilbua, sem þa at haun lifþi, nema hann sökir til ohelgi, en til secþar, ef hann lifir].

XXXII. CAPITULI.

Um þat, ef yngri maþr vegr mann enn XII vetra.

^{*)}Þarr er yngri maþr vegr mann enn ³⁾XVI vetra gamall, oc scal hann eigi verþa um þat vig ⁴⁾secr, [þoat hinn veri saklauss]. ⁵⁾Frændr ens unga mannz scolo gialda hinn vegna niþgiöldom oc böta þat vig; [þar scal rekia til þangatal].

Ef yngri maþr vinnr a manni enn XII vetra gamall, þa a maþr at föra hann or havþi ser, sva sem þa mundi, ef hann veri fostri eþr faþir, oc scal eigi göra orkumbl at enomi unga manni. En ef hinn vaxni maþr görir örkumbl at enom

quod episcopus tum decidat — bona ejus omnia commissa dico. Hanc citationem, ut solet in cæterum moderet, desinatque comitia ad qvæ citat, et legali formula se citare memoret. Actio eodem modo instituat acsi reus in vivis fuerit, excepto solummodo quod eo mortuo actione intendat eum jure cæsum fuisse, sed eo vivente ad eum condemnandum agat.

TITULUS XXXII.

De eo, si duodecem annorum minor cædem commiserit.

¹⁾ Ef menn II eigo land saman, oc vill aunarrveggi þeirra orca landz deildar a annan, þa scal fara til heimilis þess mannz, ²⁾ er hann vill ³⁾ scilia land eign viþ, enn V dag þann er vica var til sumars; hann scal nefna ser vatta at þvi, at stefna hanom heim, at hann scyli heima a VII natta fresti vera, oc man ec þa coma at qveþia hann landzdeildar, eþa

stipulatur, debitor vero nihilominus eum abalienat, tum ille jure gaudeat retrahendi modo hoc in proxumis comitiis non exercuerit.

Qui ignem et focum (suum) in alienum fundum nulla venia ibi habitaturus transfert, exilium luat.

Si quis fundum retrahendi jure gaudenti auctorem sese præbuerit, exilium luat. Causæ ad tertia usque comitia vigenti citatio adhibeatur, et novem ejus in quem agitur domicilii accolæ evocentur.

Si quis debitoris sui fundum pignore ceperit, nec legibus convenienter pactum pignoris exequitur, tam fundum quam debitum, cujus causa fundum oppignoravit, exigendi jure destituitur.

TITULUS XIV.

De fundis dividundis.

Cum duo fundum in condominio habent, quorum alteruter alterum ad fundum dividundum provocare vult, ille ad domicilium hujus, cum quo condominium dissolvere intendit, eat quinto die hebdomadis, cum unica hyemis hebdomas superest. Testes de eo antestetur, quod alterum domum provocat, ut septem noctibus præterlapsis domi adsit; tunc appaream, inquit, vel ad

¹⁾ *B cum suis legit*: Ef menn eigo land saman, oc vill maþr orca &c.; *Si fructus in communiõne fuerit, et unus alterum &c.*

²⁾ *B cum suis legit*: er hann vill scilia land at

eign viþ, cum quo communionem, fundum dividendo, dissolvere cupit.

³⁾ *Cum cod. B lago*: scilia. *A habet*: scija.

itölu, ef eigi sia buar landzdeild. Nu comr hann þar, oc scal hann nefna ser vatta at því vætti at ec qveþ þic lögsciptis ¹⁾N. eþa itölu, ef buar sia eigi lögscipti ²⁾[at landi því meþ ocr enn V dag þann er IV vicor ero af sumri, oc garþlags, ef hann vill þat lata fylgia. Hann scal qveþa a bolstaþinn hvar hinn scal tilcoma; þeir scolo þar coma hvarir fyr miþþian dag.

Sa maþr er landi vill scripta scal qveþia til bua V landeigendr, ³⁾VII nottom fyrir, eþa meira meli, þa er rettir se ⁴⁾at tengþum víþ þa menn alla er hlut eigo i landi því er scripta scal lata. ⁵⁾Sa maþr scal fara til heimilis buanna, oc nefna ser vatta at því at ec qveþ þic lögsciptis N., at scripta landi því meþ ocr N., ⁶⁾[qveþ ec þic itölo, ef þu ser eigi lögscipti at landi], scripta oc husum meþ ocr oc engiom, oc coma þar

fundum dividendum, vel ad justam cuique nostrum competentem juris utendi fruendi portionem definiendam, si nempe accolis termini non apparuerint. Eo veniens testes denominet, in id, inqviat, testificandum, quod te N. N., vel ad legalem divisionem fundi nostri, quinto die (hebdomadis) quatuor æstatis hebdomadibus peractis suscipiendam, vel si termini accolis non apparuerint, ad utendi fruendi juris justam portionem cuique assignandam provoco, et ad sepimenti structuram, si hoc addere voluerit. Prædium desinat ubi alter appareat. Ante medium diei uterque eo veniat.

Qui fundum dividere vult, quinque accolas prædiatos evocet septem vel pluribus antea noctibus, qui propinquitatis respectu in omnes fundi dividendi codominos juste se habent. Ad accolarum evocandorum domicilia porro se recipiat, et testes denominet in id, (inqviat,) testificandum quod te N. N. ad legalem divisionem evoco, ut huncce fundum inter me et N. N. distribuas. Ad justam juris utendi fruendi portionem cuique assignandam te provoco, si termini in fundo tibi non apparuerint. Dominos et prata etiam inter nos distributo;

¹⁾ *B cum suis legit*: um landit, oc nefna hann: fundi, nomine nominato.

²⁾ *B cum suis omittit*: at landi því.

³⁾ *B cum suis addit*: þa er því landi ero næstir er dcila scal, ad fundum dividendum proxime habitantes.

⁴⁾ *B cum suis legit*: i qviþom, inter veridicos.

⁵⁾ *B cum suis legit et addit*: Hann scal fara til heimilis buans er hann vill qveþia at scripta landino. Hann scal nefna ser vatta &c.: *Ad accolla domicilium porro se referat, quem ad fundum dividendum evocare vult. Testes denominet &c.*

⁶⁾ *Uncis inclusa B cum suis omittit.*

fyrir miþian dag, qveþ ec löggvöðr, ¹⁾[oc scal lysa qvöð þa sem aþra].

Ef maþr er qvaddr landscriptis, oc görr hann eigi handsala, ²⁾[hvatki er at þvi þrytr, oc er þa syniat], oc varþar hanom utlegþ III merkr, ³⁾[scal qveþia til heimilis-bua hans V a þingi], enda a domr at döma a hönd hanom at lata uppi landscriptit, ⁴⁾XIV nottom eptir vapnatac, oc sva feviti. Ef ⁵⁾[hann hefir uppi latit landscriptit, en] buar coma eigi til, oc varþar þeim þat III marka utlegþ, enda a domr at döma a hendr þeim at scripta landino, XIV nottom eptir vapnatac. ⁶⁾Ef þeir scripta eigi sva sem dömt er, oc varþar þeim þat fiörbaugsgarþ. Nu er dömt a hendr ⁷⁾landeigandanom scriptit, þa scal qveþia til bua III nottom fyrir, ⁸⁾[eþa meira mcli, enda varþar þeim fiörbaugsgarþ, ef þeir coma þa eigi til]. Ef hinn comr eigi til er dömt er a hendr, oc varþar buanom þat fiörbaugsgarþ, enda scolo buaruir scripta þa landino, sem aþr. ⁹⁾[Nu vilia þeir eigi scripta, oc varþar þat fiörbaugsgarþ, enda verþa hanom þa þeir buar rettir til landzeildar er hann getr helzt af innan her-

ante medium diei advenito. Justis formulis evoco. Hæc evocatio, ut alias solet, denuntietur.

Qui ad fundi divisionem, provocatus qvamvis, manu juncta, qualicunqve de causa eam tamen non stipulatur, renuisse censendus est, et trium marcarum multam luat. Qvinque ejus in conitiis accolæ evocentur, et judices lata sententia ei injungant divisionem fundi concedendam et multam præstandam decemqvatuor post arma sumta (et soluta comitia) noctibus. Cum fundi divisionem condomino quidem concedente accolæ non apparent, trium marcarum multam sibi contrahunt, et judices lata sententiâ iis injungant divisionem fundi suscipiendam, decemqvatuor post arma sumta (et soluta comitia) noctibus. Si juxta judicata non susceperint divisionem, exilium luant. At condomino fundi divisio concedenda per judicialem sententiam injungitur, tum tribus vel pluribus antea noctibus accolæ ad dividendum evocentur, qui si non apparuerint exilium luant. Si non apparuerit condominus, cui divisionem concedendam judices injunxere, exilii teneatur, sed accolæ nihilominus divisionem perficiant. At dividere nolunt, tum exilii pæ-

¹⁾ *Uncis inclusa B cum suis omittit.*

²⁾ *Qvæ uncis tenentur B cum suis omittit.*

³⁾ *Uncis inclusa B cum suis omittit.*

⁴⁾ *B cum suis addit: þa er hann er sottr um, de qva in eam agitur.*

⁵⁾ *Uncis inclusa B cum suis omittit.*

⁶⁾ *B cum suis legit: En ef þeir coma eigi sva at scripta, sem dömt er; Qvödsi juxta judicata ad divisionem peragendam non apparuerint.*

⁷⁾ *B cum suis legit: honom, illi.*

⁸⁾ *Uncis inclusa B cum suis omittit.*

⁹⁾ *Qvæ uncis tenentur B cum suis omittit.*

aþs]. Þat ero alt stefno sacir, ¹⁾ oc scal qveþia til heimilisbua IX a þingi þess er sottr er til fiörbaugssaka enn V til utlegþar.

Hvar þess er buar scolo landi scipta, eþa omagom, eþa hverio lögscepti er þeir scolo scipta, eþa virþingar hafa, ²⁾ oc scolo þeir avalt tilcoma fyr miþian dag, og vinna lögeþia at; sva er sem omælt se ella, enda scal sa fa boc til er qveþr þa.

Sva scolo buar laud deila með þeim mönnum öllum er þar eigo hlut i þvi landi, at sins meg i hvern niota, oc scal þar serhveriom deila, enda scal engi þeirra reka kyfse sitt yfir annars land heiman, oc scalat husom scipta i gegn land. Nu er þar sumt land betra en sumt, oc scal þat þeim mun ³⁾ oviþara at jamngott se bæþi. Vatn scal oc falla til bolstaþa allra, euda scal allr saman fara hvers þeirra laudz hlutr.

Ef maþr hefir til þess keypt i landi,

nam sibi contrahunt, et divisionem postulans ad fundum dividendum juste adhibet accolas quoscunqve in eodem tribu in id adducere possit. Omnibus his causis citatio adhibeatur; in causis exilii novem, in causis multatiis quinqve ejus in qvem agitur domicili accolis evocatis.

Ubicunqve accolæ vel fundo dividundo vel alendorum sustentationis oneri distribuendo adhibentur, vel valemcunqve divisionem vel æstimationem susceperint, semper ante medium appareant diem, et justa præstent juramenta; sin minus, pro indicto habeatur (quicquid constituerint). Eos evocans librum (sanctum) suppeditet.

Inter omnes codominos accolæ fundum ita dividant, ut sui quisqve habeat copiam. Cuiqve quod ejus est, (sic) attribuat, ne quis pecora sua per alterius fundum domo agere necesse habeat. Ne cui domus, ex opposito, a fundo ejus, latere, positæ attribuatur. At quidam fundi tractus qualitate alium præstat tum hic illum quantitate in tantum superet, ut uterqve ejusdem fiat bonitatis. Aqvæ (necessariæ) ad domicilia quæcunqve pertineant, et pars fundi, quæ singulis assignatur, una cohæreat.

Si quis eo consilio fundi alieni quid

¹⁾ *B cum suis legit*: oc scal qveþia heimilisbua V til þess er sottr er, *quinqve ejus in qvem agitur domicili accolis evocatis.*

²⁾ *Nonnullis usqve ad*: qveþr þa, *omissis B cum*

suis legit: þa scolo menn lögeþia vinna at boc eþr at crossi, *tum vel libro vel cruce adhibitis legalia præstent juramenta.*

³⁾ *B cum suis legit*: viþara, *sensu eodem.*

at hann vildi því til sins landz lata scripta er næst veri, þa skal þar hluta. Ef hann hefir eigi til þess keypt, oc a hann þann hlut þa at hafa er næstr er hans landi. ¹⁾[Of þveran dal skal i sundr scripta, ef þat er dalland, nema þar falli a su, er eigi gangi fe yfir, enda se þeim jamnhögt til, þa er rett at scripta at endlöngom dalnom].

Buar eigo oc husom at scripta at jamnapi, þeir eigo at þverkyrfa hus. Scolot þeir at endlöngo deila hus. Nu verþr hus mannz þar i annars landi, oc skal þat hus þar vera meþan sa vill þat er a, enda skal hann yr sino landi alt tilföra at böta um. Ef hann vill husit or staþ föra, ²⁾[oc vill hann aca þat], þa skal hann i sitt land föra.

Menn eigo oc at briota jörþ, ef þeir vilia til taþna ser, eþa acra, þott fleiri eigi saman, oc eigo þeir jamngoþri jörþ at auca sina tavþo er siþarr auca. ³⁾[Þess er oc costr þar er tuuvelli er script, at muna ut garþi, oc qveþia bua til, ef þeir verþa eigi sattir a ella, nær þeir auca jömmo. Nu vilia sumir auca en sumir eigi, þa scola þeir gialda hinom þat land

emerit, ut quod ipsius prædio adjacet ei adsignetur, sors ducenda est. Si emens hoc non intenderit, quod ipsius fundo adjacet, habeat. Si fundus (dividundus) in valle situs fuerit, per vallem transversum fiat divisio, nisi amnis, quem pecora transscendere nequeunt, per vallem (in longitudinem) dimanaverit, et tractum ex alio tantum latere situm acquirere codominis idem adferat utilitatis, quo casu in longitudinem vallem distribuere fas est.

Accolæ porro ad justam proportionem domus distribuant; ex transverso eas se-junctas cuique assignent. In longitudinem ne domos dividant. At domus alicujus in fundo alieno constituta est, tum hæc ibi permaneat, dominus ædificiî quamliu optat, qui tamen e proprio fundo advehat quæ-cunqve domo rescindendæ inseruiunt. Si domum movere et avehere voluerit, in proprium eam transferat fundum.

In prata stercorata vel agros incultam terram aperire (condominorum cuique) liceat, sed serius prata sua stercorata adaugentes, ejusdem bonitatis terram occupent. Ubi pratum stercoratum distribuitur, ejus sepimentum ampliare fas est, et accolæ, ubi inter partes ipsos non aliter convenit, advocare ut definiant, quando æqualem occupavissent partem. At condominorum quidam, (terræ incultæ sed communis ali-

¹⁾ & ²⁾ *Uncis inclusa B cum suis omittit.*

³⁾ *Quæ uncis tenentur B cum suis omittit.*

er til þeirra kemr, sem landbuar V virða eða mismuna, ef hann er].

Þar er buar sia eigi lögscipti at landi, þa scola þeir scipta husom, oc engiom, oc tōþom, oc acrlōndom, ¹⁾[oc veiþom, oc recom, oc scogom], enda scola þeir telia fe i haga, sva at þeir hyggi eigi at nytra moni, at fiera se, enda se þo scipat til fullz. ²⁾[Þar scola menn itōlo hafa bufiar i haga, er buum litaz þær nætor fleiri, er fe gengr i annars land], þar scal telia þrevett naut víþ ku, ³⁾en III vetrgömöl víþ. Scalat kalfa telia. Hross þrevett víþ kyr II eða ellra, en tvævett hross víþ eina ku, eða yngra; scalat fyl telia. Geitr V víþ ku, gamlir sauþir X víþ ku, lōmb XX víþ ku. Eigi scal svin i land telia ⁴⁾ne hafa.

Ef þa er snær a jörþo er menn scola landi scipta, eða itelia, eða garþlag retta,

quid aperire et) suæ adjicere volunt, alii nolunt, tum illi his in pretio, quod accollæ quinque definiunt, vel fundum occupatum, vel fundorum occupatorum differentiam, si quæ adfuerit, restituant.

Accollæ, cum terminos legales in fundo non inveniunt, ipsi et domos et prata tam exteriora, quam stercorata et agros et locos venandi et litora et sylvas distribuunt. Pecoris itidem in pascuis habendi numerum ita definiunt, ut persuasum habeant, pecora, pauciora quamvis fuerint, pingviora tamen non futura, et pascua plura sustinere non posse. Pecora ibi numero definito pascuis inmittantur, ubi accolis visum est alicujus pecora in alienis pascuis per plures versari noctes, (quam in territorio ipsi proprio). Bovem trimum vel tres unius anni, vaccæ ibi respondere censendum est; vitulorum ratione habeatur. Equus trimus vel adultior duabus æquivaleat vaccis; binus vero vel junior unicæ respondet; pullorum equinorum ratio ne habeatur. Capræ quinque unicæ, verveces adulti decem unicæ, agni viginti unicæ vaccæ respondent. Sues in pascua nec dinumerandæ, nec immittendæ.

Si tempore, vel fundi dividundi, vel pecorum in pascua dinumerandorum, vel

¹⁾ *Omissis iis quæ uncis tenentur B cum suis legit: ef ero, si qui fuerint.*

²⁾ *Uncis inclusa B cum suis omittit.*

³⁾ *B cum suis addit: eþr elþi, vel adultiorem et*

deinde legit: en tvævetur naut II víþ ku eþr yngrí, duosque bimos vel juniores etc.

⁴⁾ *B cum suis legit: ne haga, pascuave.*

oc er þa rett at þeir biði undz ¹⁾V vicor ero af sumri, nema þeim se sva kunnict land þar, sem þeir se alt þat.

²⁾[Ef maþr vill husom scipta at eins, oc scal hann finna hinn, þa er V vicor ero af sumri, oc nefna ser vatta at þvi at biþia hann heima vera a vicofresti, eþa coma þa til husa sciptis, ef hann a eigi þar vist; hann scal qveþia til husa sciptis bua V, III nottom aþr.

Nu vill maþr scipta viþ annan til eignar töpovelli, eþa engeteigom, eþa recom, þa scal stemna heim avalt vico fyrir, en buar scolo qvaddir til III nottom aþr. Ef maþr vill engiom eþa töþom scipta lata þat sumar eitt, eþa heyiom, þa scal enn et sama atfara, eþa scipta eptir alþingi. Nu vill hinn eigi handsala engia sciptit, þa scolo buar þo scipta til hlutfalla. Rett er oc at qveþia bua til scipta allra, horvetna þess er menn ero a eiginorþ sattir, enda er rett at qveþia mann heyscipientis, eþa engia, III nottom firi, oc sva buana. Ef maþr er qvaddr lögscipta of þessi mal, oc vill hann eigi handsala, þa verþr hann utlagr III merkr, enda a domr at döma a hendr hanom at

sepimenti reficiendi, nix terram texerit, ut (accolæ) opperiantur fas est, quinque donec æstatis hebdomadæ præteriere, nisi hoc territorium iis tam notum sit, acsi oculis totum lustrassent.

Si quis domos tantum distribuere voluerit, quinque æstatis hebdomadibus peractis condominium suum conveniat, et testibus admotis eum postulet, ut post unicam septimanam domi sese teneat, vel, si alibi ei fuerit domicilium, (in eodem termino) ad ædificia dividunda appareat. Tribus ante (divisionem suscipiendam) noctibus, quinque accolæ ad dividendum evocet.

Si quis prati stercoreati exteriorisve, vel litorum condominium, divisione facta derelinquere voluerit, donum citatio, unica semper in antecessum hebdomade manifestetur, sed accolarum evocatio tribus antea noctibus fiat. Si quis divisione per unicam tantum æstatem servanda prata, vel exteriora vel stercoreata, vel etiam scæna distribuere voluerit, idem obtineat, vel primum post comitia generalia procedat divisio. Si alter manu juncta pratorum divisionem concedere noluerit, accolæ tamen sortibus ductis distribuant. Inter condominos quamvis conveniat, quid cuiusque sit, accolæ tamen ad omnes divisiones legales evocare fas est. Tribus ante divisionem suscipiendam noctibus ad scæna vel

¹⁾ B cum suis legit: VI, ser.

²⁾ Qvæ uncis tenentur B cum suis omittit.

lata uppi sciptit, XIV nottom eptir þing, enda ma þo scipta, sem fyrr, ef hann vill. Buum varþar oc utlegþ, ef þeir vilia eigi scipta, enda ma lata döma a hendr þeim sciptit XIV nottom eptir þing, oc verþa þau domrof, sem önnor. Rett er oc scipti buanna, þott griþmenn se II i qviþnom, ef buar coma eigi til].

Ef menn eigo acrlönd saman, þa scal sa þeirra er scipta vill lata, fara til heimilis annars, oc qveþia hann acrlanda sciptis, ¹⁾oc sva taþna, VII nottom ²⁾[firir, eþa meira meli, en bua V scal qveþia til III nottom] firi sciplit, oc fara sva at öllo of acrlandz deild, sem þa er menn scipta husom eþa engiom.

XV. CAPITULI.

O f g a r þ l ö g.

Ef maþr vill beiþa annan mann garþlags

prata distribuenda et condominum et accolas provocare fas est. Si quis aliquo hic memorato modo, ad legalem divisionem provocatus, sed eam manu juncta concedere recusat, trium marcarum multam luat, et iudices ei injungant divisionem concedendam esse decemquatuor post comitia noctibus, nihilominus peragetur divisio eodem modo ac alias, cum consentit, solet. Accolæ etiam pæna tenentur pecuniaria, si divisionem suscipere noluerint, et iudicum sententia iis injungat divisionem peragenda, decemquatuor post comitia noctibus. Rei judicatæ neglectus hic eundem, ac alias solet, effectum habet. Accolarum divisio pro legali habenda, duo quamvis operarii, colonis non apparentibus evocatis, adhibeantur.

Cum duo agros communes habent, divisionem optans condomini adeat domicilium, et ad agros prataque stercoreta dividenda eum provocet, septem vel pluribus in antecessum noctibus. Quinque vero accolæ tribus ante divisionem peragenda noctibus evocentur. Quoad agrum dividendum eædem in cæterum servantur regulæ, ac de domuum vel pratorum divisione obtinent.

TITULUS XV.

De sepe extruenda.

Qui alium ad sepem (terminalem) struen-

¹⁾ B cum suis legit: oc sva taþs, smunqve.

²⁾ Uncis inclusa B cum suis omittit.

hann skal sva upphesfa stemno, sem þa er hann beiðir landz-sciptis, oc a þann veg skal qveþia hua til at deila garþlag með þeim, sva at þeir vinni lagþan a III sumrom, a meðal anna. Þeir scola sva hafa hju hvarr þeirra a sino landi at þat se at meðfallagi. Eigi skal af selia ne önnor lönd víþ hafa fyrir þær sacar.

¹⁾[Eigi er maþr scyldr at auca hju sin til garþlags, meirr en fullscipat se land hans. Vercmenn scola allir at vera, oc leggja garþinn, oc vinna ecki annars en reca smala heim, oc fa elldi-brannda meðan garþönn er]. A miþil anna skal löggarþ gera.

Var-önn er fyrst, hon er unz man-öþr er af sumri. En ²⁾löggarþz önn er siþan tva manöþr, ³⁾[þa er heyönn aþra tvo manöþr], en þa er ⁴⁾garþlagsönn enn efsta manöþ sumars.

⁵⁾[Ef maþr er qvaddr i þeim stöþom garþlags a eino sumri, oc er hann eigi

dam provocare vult, ita provocationem instituat, ac cum ad fundum dividendum provocat. Accolæ eodem modo evocentur, ad definiendum quantum sepis quisque struat, ita, ut per tres ætates, tempore inter negotium vernale et fænisecii intercepto, suam portionem ponere possit. Ex proprii fundi conditione quivis eorum operarios habeat. Sepis struendæ causa neqvis sui fundi quid vendat, vel alienos fundos suo adjiciat.

Nemo ultra quod ipsius fundi conditio poscit operariorum suorum numerum adaugere tenetur. Omnes operarii sepi struendæ adhibeantur, neqve dum sepis ducendæ negotium instat operarii alienis incumbant operibus, quam pecora donum agere et ligationem suscipere. Inter negotia (vernalia et fænisecii) sepis legalis struatur.

Primum est negotium vernale, quod ad primum æstatis mensem peractum durat. Sepis legalis struendæ negotium deinde per duos menses continuetur. Negotium fænisecii porro per alios duos menses instat. Sepis struendæ negotium demum æstatis ultimum mensem occupat.

Cum quis duobus (diversis) locis ad septem struendam eadem ætate provocatur, in utroque loco septem ducere non te-

¹⁾ *Quæ uncis tenentur B cum suis omittit.*

²⁾ *B cum suis legit: garþsönn, sepis struendæ negotium.*

³⁾ *Uncis inclusa B cum suis omittit.*

⁴⁾ *B cum suis legit: löggarþsönn, sepis legalis struendæ negotium.*

⁵⁾ *Uncis inclusa B cum suis omittit.*

scyldr at leggja i höfum stöfum. Þann scal þann leggja er fyrr var kvatt].

1) Ef maþr er heiddr garþlags, þa scolo þeir löggarþ göra. En löggarþr er V feta þiockr við jörþ niþri, en þrigia ofan, oc scal hann taca i öxl þeim manni af þrepi, er bæþi hefir gildar alnar oc faþma. 2)[Ef nocqvarf fe hleypr löggarþ, oc utlegz eigandi eigi of þat en böta scal auvisla bötum, sva er oc ef löghliþ opnaz].

Buar scolo retta merki þeirra, oc jamna þar nesiom saman, en þott munr verþi nesia, oc eigo buar þo at scripta, ef þat er minna vert en V aura.

Hvergi ma scylda annan til garþlags, þar er eigi of tecr i hia torf, eþa griot, oc hera verþr til meþ eyc, eþa reiþa. Þeir scolo baþir hestia upp i einom staþ garþinn, oc girþa siþan til sins enda hvarr, nema þeir verþi a annat sattir. Sa maþr a oc cost þess at leggja lengra garþinn, ef hann vill er qvaddi.

Ef sa maþr vill eigi leggja garþinn er qvaddr var garþlagsins, þa scal sa leggja er qvaddi sinn hlut, enda varþar

netur. *Eam struat ad quam primum provocatus est.*

Ad sepem struendam, cum quis provocatur, legalem struat. Sepimentum legale quinque pedes inferne ad terram, tres superne in transversum teneat. In altitudinem porrigat ad axillum ejus in basi stantis, qui et ulnas et orgyas legales tenet. Si quæ pecora legale transilierint sepimentum, eorum dominus multæ quidem non tenetur, sed damnum resarciatur. Idem obtineat, cum ostium sepis legale aperitur.

Fines inter codominos accolæ definiant. Lingulas terræ ex utraque parte invicem comparent, quæ quavis magnitudine invicem differrent, accolæ divisionem nihilominus peragant, modo quinque unciarum differentia non adsit.

Sepem cui struendam injungere nulli fas est, ubi glebæ et lapides (sepimento adhibendæ) in loco non adsunt, quæ igitur equis vel trahis advehere necesse est. Pars utraque in eodem loco sepem struere incipiat, et ex opposita deinde struant directione, nisi aliter inter eos convenerit. Ulterius sepem ducendi jus habeat provocatus, si voluerit.

Ad sepem ducendam provocatus, si eam ducere recusaverit, suam attamen portionem provocans struat, sed hoc casu

1) *B cum suis incipit: Þeir scolo löggarþ göra, Sepimentum struant legitimum.*

2) *Uncis inclusa B cum suis omittit.*

hanom þa eigi beitín, þó at fe hans sciottiz fyrir garþz enda. Hanom varþar utlegþ er eigi vill girþa, enda secz hann a beitinni, oc scal þa domr döma garþlagit a hendr hanom, enda a hann at böta auvisla hinom er girþi, ef hans fe gerir.

Ef maþr girþir minna garþ en mælt er i lögom, eþa syniar hann meþ öllo, oc se hann tilqvadr at lögom, oc varþar hanom jamnt bæþi.

Ef þar verþ tungarþr i garþlagi, en þat er tungarþr er töþvöllr gengr ut at garþi, þar a sa oc cost er völl a, at girþa einn, ef hann vill, oc taca þa utangarþs garþverkit. Ef hann vill at þeir girþi baþir, oc a hann cost at böta einn garþinn, ef hann vill, oc taca utan garþz garþbötrnar. Ef hann vill eigi einn böta garþinu, eþa girþa þar er tungarþr hans er, þa scal þaþan hvarr þeirra böta er gerþi, oc taca þar efni garþböta er þeir toco garþvirki.

Ef þar verþa höggscogar fyrir, ¹⁾[eþa eggver, eþa töþo völlr], þa scal fyr nes þar girþa. Ef þar ero risrif, oc scal i

multæ non teneatur ob depastionem fundi alieni ejus quamvis pecora sepimententi extremitates circumierint. Qui sepem struere recusat, et multa teneatur et depastione reatum sibi contrahit, judiciumque sententia sepem struendi obligationem ei nihilominus injungat, et damnum ipsius pecoribus causatum sepem struendi resarciat.

Et minorem quam desiniunt leges sepem struens, et legali modo provocatus, eam struere omnino denegans, eodem reatu teneatur.

Ubi prati stercoreati sepimentum, cum sepi (terminali) ducenda coincidit — prati stercoreati sepimentum dicitur, cum pratum stercoreatum sepimento adjacet — prati dominus jus habeat solus, si voluerit, sepem ducere, et ad sepimenti latus exterius materiam sepi capere. Quodsi optaverit, ut uterque hoc ducat sepimentum, ipse tamen id reficiendi, si voluerit, et ad latus ejus exterius materiam conquirendi jus habeat. Si sepimentum nec solus reficere, nec, ubi cum ipsius prati stercoreati vallo coincidit, ducere voluerit, quivis eorum inde sepimentum reficiat unde struxit, et materiam ejus reficiendæ ibi capiat, ubi ejus struendæ sumsit.

Si sepi ducenda in sylvam cæduam, ovifundium vel pratum stercoreatum incidit, sepimentum eorum lingulas circumflect-

¹⁾ *Uncis inclusa B cum suis omittit.*

gegnum þau girða. Þat ero rishrif er menn rífa upp. Þat er höggscogr er menn höggva upp. Ef þar verða engiar manna fyrir garþlagi, oc scal girða et gegnsta þar, enda bæta þeim engiar sínar sva sem hvar virða víþ boc, at þeir hafi annat engi jamngott, oc jamnhögt oc jammikit.

Ef þar er garþr of þioþbraut þvera, þa scal líþ vera a garþi alnar oc fapmsmikit ¹⁾ oc hiarra grind fyrir, sva at menn luci upp af hrossi, oc aprt ef vill. Þess a hann oc cost at söra garþz hliþ örsöct, eða scimra sva at se af þioþbraut, oc se þapan jamngott at ríða. En ef þar er girþt of þioþbraut þvera, sva at eigi er hliþ a garþi, ²⁾ oc varþar þat en III marka utlegþ þeim er aprt lætr leggja hliþit, oc a hverr at sökia þa söc er vill, oc sva ef girt er of þioþbraut þvera.

³⁾ [Nu er löghliþ a garþi þeim, oc sva um huit, sem mælt er i lögom, þa

tat. Si sylva incædua occurrerit, trans eam ducatur sepimentum. Sylva incædua est quæ manu evellitur, sed cædua quæ cæditur. Si in aliena prata exteriora inciderit sepimentum, ibi quam maxime in directum ducenda sepi. Prata confinibus restituantur juxta accolarum ad librum (sanctum) factam taxationem, ita ut alia referant prata ejusdem bonitatis, commoditatis et magnitudinis.

Si sepimentum viam publicam transcenderit, ostium in sepe constituatur, ulnæ et orgiæ latum, quod janua clathrata et cardinibus instructa ita claudat, ut eqvo insedentes eam et aperire et claudere, si voluerint, possint. Sepimentum struens jus habeat ostium per teli jactum vel minus a via publica declinare, dummodo inde non minus commode equitatur. Si via publica sepimento ita obstruitur, ut ostium non adsit, trium marcarum multam luat quicumque ostium (juxta effractum) iterum obstruere facit. Hancce, ut et de via publica obstructa oriundam causam agat quicumque voluerit.

At ostium legale, juxta legum præscripta conditum, habet sepes, tum justum

¹⁾ *B cum suis legit*: oc hafa grind fyrir, quod janua clathrata ita &c.

²⁾ *B cum suis legit*: þat varþar utlegþ, enda er garþrinn oheilagr, oc a at briota hliþ a þeim garþi þott heilact se, ef maþr ferr igeqnum, en ef aprt er gert hliþit, þa a hverr at sökia þa söc er vill, ef eigi er hliþ a garþi; hoc multa

puniendum est et sepimentum immunitate destituitur, et juxta effrangitur die etiam festo, cum quis transit. Si ostium iterum obstruitur, de sepimento ostii experti agat quicumque voluerit.

³⁾ *Reliquum tituli B cum suis omittit.*

ero menn scyldir at luca löghlíp apr a löggarþi. Ef sa maþr lycr eigi apr hliþit, er eþtir ferr igegnom þat, þa verþr hann utlagr of þat III merkr, oc a sa þat fe er hliþi scyldi hallda a garþin-om. Nu er hliþ brotit nacqvæt a löggarþi annarsstaþar, en aþr var tint, oc varþar þat en utlegþ, oc VI aura averki, oc böta auvisla, sem buar virþa. Þat ero alt stemno sakar, oc scal qveþia til heimilisbua V a þingi þess er sottr er.

Ef löggarþr rænar sa er merkigarþr er meþ mönnum, oc görr annarr eigi at-göra, þa varþar hanom slict, ef fe gengr yfir garþinn, sem þat er hann görþi eigi leggia garþinn. Nu vill maþr qveþia annann mann garþbota; þa er garþbot er meiri lutr stendr garþzins; þa scal hann heiþa hinn garþbota vico aþr IV vicor se af sumri, oc qveþia til heimilis bua V III nottom aþr. Ef hann vill þeygi böta sinn lut garþzins, þa varþar utlegþ III merkr, enda a domr at döma garþbotina a hendr hanom].

II.

hocce ostium in legali sepimento reserare qvicunqve tenetur. Si serius ostium transmeans hoc non clauserit, trium marcarum multam luat, qvæ ei solvatur, qvi ostium sepimenti conservare debuit. At sepimentum legale alio, qvam antea definito loco effringitur, tum pænna pecuniaria reo injungenda, præter multam injustæ læsionis, et damni ab accolis definitam resarcitionem. Omnibus hisce causis adhibeatur citatio, qvinque ejus in qvem agitur domiciliū accolis in comitiis evocatis.

Cum sepes legitima, qvæ in terminis constituta est humilior fit (qvam esse debet), nec alter eam restaurat, hic eodem, si pecora sepem transscenderint, tenetur reatu, ac si in longitudinem sepem non struxisset. Si quis alium ad sepem reficiendam provocare voluerit — refectio sepis dicitur, cum major ejus pars renanet — eum ad sepem reficiendam provocet unica hebdomade ante qvartam æstatis hebdomadem peractam. Qvinque domiciliū accolæ tribus ante (refectionem suscipiendam) nocibus evocentur. Qvod si obligatus suam sepis portionem reficere noluerit, trium marcarum multam luat, et judicium sententia refactionem sepis ei (nihilominus) injungat.

L1

XVI. CAPITULI.

Of bruar-görþ oc ferio-halld.

¹⁾ Ef þó scilr lönd manna, oc vill annarr þeirra gera bru of ana, þa scal hann bioþa hinom fyrst at göra bruna. Ef sa vill eigi göra, þa scal vellta böþom megom at osekio torfi til. Nu verþr hinom mein at götom þeim er fra göraz, þa scal sa er bru gerþi böta hanom þat ²⁾ sem buar V virþa enir næsto.

Nu vill sa maþr bru gera er hvarongi megin a land, þa scal hann bioþa þeim ³⁾ [fyrst] at gera. Þeir scolo taca til a XII manþpom enom nestom, ef þeir vilia bru gera ⁴⁾ [er lönd eigo viþ öna]. Ef þeir vilia eigi bru gera, þa scal hinn gera ⁵⁾ [at osekio], oc vellta böþom megom landi til. Hann scal böta þeim er lönd eigo viþ, sem buar V virþa, ef þeim verþr mein at götom þeim er þaþan geraz fra.

Sa maþr er bru gerir scal sva mæla fyrir henni, sem hann vill, ⁶⁾ at hvi neyt se; hann scal oc segia til þess ⁷⁾ i

TITULUS XVI.

De ponte faciundo et cymba habenda.

Cum annis fundos duorum disterninat, quorum unus ei pontem imponere cupit, hic alterum ad pontem (communitè) ponendum primum invitet. Qui si noluerit, glebæ ex utroque amnis latere impune congerantur; si semitæ ad pontem ducentes recusanti aliquid attulerint damni, pontem ponens hoc ei resarciat, ut quinque (ejus) proximi accolæ ad librum (sanctum) æstimant.

At ex neutro amnis latere fundum tenens pontem anni imponere vult, tum ut ita faciant dominis fundorum adjacentium obserat primum. Hi si pontem facere voluerint, in primis duodecem mensibus incipiant. Si pontem ponere recusaverint, alter impune faciat, glebas ex utroque amnis latere eruens. Si semitæ ad pontem ducentes, fundorum adjacentium dominis aliquid damni intulerint, cum ponens iis hoc resarciat juxta quinque accolarum æstimationem.

Pontem anni imponens, tales ac ipsi lubet, leges quoad usum ejus dicat; in clivo comitali qualem sanctitatem ei indicit pro-

¹⁾ *B cum suis legit: Ef menn bua tveim megom ar, oc vill &c.; Cum ex utroque amnis latere habitantium alter ei &c.*

²⁾ *B cum suis legit: sem buar V virþa viþ boc, þess er scaþan fecc af, ut quinque ejus, qui damno afficiebatur accolæ juramento in libro functi æstimant.*

³⁾ *B cum suis omittit: fyrst.*

⁴⁾ *Uncis inclusa B cum suis omittit.*

⁵⁾ *B cum suis omittit: at osekio.*

⁶⁾ *B cum suis legit: at hvi hafa scal bruna, ponte quomodo utendum sit.*

⁷⁾ *B cum suis legit: i lögretto, in dicasterio.*

Þingbrecco hverja helgi hann leggri a, oc hvat varþa scal, ef af er brugþit. Hvargi a at hanna öþrom þeirra manna er lönd eigo við öna at hafa scip a henni. Nu vill sa maþr hafa scip a önni er hvarongi megin a land við, oc er þat þviat eins rett, ef hann vill þar lata véra avalt, meþan öin er þiþ, oc meta eigi leigo. Sva er þar of götur, sem aþr var tint. ¹⁾[Ef hann gerir annan veg, þa er hann utlagr III merkom.

Ef maþr varþveitir bru eþa scip þat er fe er tillagit, oc er hann utlagr, ef hann innir eigi maldaga, oc a þa söc hvern er fars missir. Sa maþr a oc þa söc er fe lagði til, eþa hans erfingi, oc verþr hinn utlagr III mörkom, oc gialda tva slic, sem ferio buar V meta þa sysslo er hann endi eigi. A domr at döma a hendr hanom scips varþveizlona, oc varþar þa fiörbaugsgarþ, ef hann örökiz. Eigi scal scip þat onytaz sva af fyrningo, at eigi se annat til fengit aþr, ef sa scyldi scipino halda er feit varþveitir. Nu brotnar scip þat i vötnom eþa veþrom, þa scal hann tilfa annat scip, sem hann ma fyrst.

Ef sa ræþr firi scipi er hann fecc til farningar, þa abyrgiz sa eigi er farþr

clamet, ut et qvali hanc violans reatu tenentur. Neuter fundos adjacentes tenentium, alterum a cymba anni adhibenda inhibere jus habeat. At aliquis cymbam anni adhibere vult, cui ex neutro latere fundus est, hoc tantum liceat ea lege, si cymbam semper in anni, quamdiu glacie non obducitur, habere voluerit, portorii ratione non habita. Qvoad semitas infactas, qvæ antea memorantur obtineant. Si secus fecerit trium marcarum multam luat.

Si pontem cymbamve, pecuniis legatis institutas custodiens, constitutis non steterit, multetur. Causam suscipiat agendam qvicumqve vectura destituitur. Pecunias legans ejusve hæres agendi jure etiam gaudeat, reus vero trium marcarum multam luat, et juxta qvinque cymbæ accolarum æstimationem in duplum restituit damnum, qvod neglecto suo officio intulit. Judicum sententiæ navis custodiam ei denovo injungat, quam si negligenter gesserit, exilii teneatur. Vetustatis causa hæc navis neqvaquam inutilis fiat, nova prius acquiratur, modo constitutum fuerit, ut pecunias legatas navim conservet. At fluviorum vel procellæ vi hæc navis contunditur, tum quam primum fieri potest aliam suppeditet.

Si quis ab ipso vectore constitutus navi præfuerit, vectus navis contusæ periculum

¹⁾ Reliquum tituli B cum suis omittit.

var, þott scip lestiz, ef hann vildi vel. Syniat er þa fars, ef leigo er metiþ, þa er veita scyldi, oc a feriomenn at böta þeim er fara scyldi, sem buar V virþa, ef hann för auvisla af, oc a hann heimting til leigo, þott reitt se. Sa abyrgiz scip er hefir, sem annat lan.

Nu er bruar halld mælt a hendir manni, oc scilit eigi görr, þa scal hann at göra sva at haldi úrir fyrnsco, en göra sem fyrst, ef ain brytr, oc scal sökia, sem aþr var tint, ef hann orökiz. Þat ero alt stemno sakar, oc scal qveþia til heimilisbua IX til fiörbaugssaca, en V til utlegþar].

XVII. CAPITULI.

O f e n g i - d o m.

¹⁾ [Ef menn eigo engi saman, oc verþa eigi sattir a, þa scolo þeir reyna scil til a því, oc fara sva at, sem aþr var tint, þar er menn verþa eigi a landz eigin sattir, at stemna til scila, oc til raunar.

Nu er þeim braþara til, oc ma þat þa gera of engi-verc, sa þeirra er heldr vill at fara til engis þess, oc setia upp

haud sustineat, modo dolose non egerit. Vectura denegatur, si, cum gratis suppeditetur portorium exigitur, vectorque trajicienti, juxta quinque accolarum aestimationem, damnum, quo afficitur, resarcitur et vectus (insuper) portorium quamvis solutum reposedendi jure gaudeat. Navi utens, commodati instar, ejus periculum sustineat.

At pontis custodia alicui injungitur, conditionibus in cæterum accuratius non definitis, tum eam ita reficiat, ut vetustatis causa durare possit. Si amnis pontem frerit, quam primum denuo imponatur. Si officia sua (custos pontis) neglexerit, actione infestetur modo jam definito. Omnibus hisce causis adhibeatur citatio, in causis exilii novem, in multaticis quinque domicilii accolis evocatis.

TITULUS XVII.

De judicio pratensi.

Cum prata plurium simul jacent, orto dissidio, (condomini) de eo ad terminos definiendos judicio inter se contendant. Eadem servant regulas ac antea præscriptæ sunt, cum de dominio fundi contenditur; ad justum et verum probandum tendat citatio.

Urgente necessitate, eorum quicumque voluerit jus habeat pratensis fœniseicii tempore pratium quæstionis adire, et signo ibi

¹⁾ *Quæ unois tenentur B cum suis omittit.*

marc i engino, oc marka þar i hia dom-
staþ síþan þann er VI mönnon se högr
at sitia i, oc fara at finna hinn síþan].

Ef maþr vill qveþia engia doms
annau, þa scal hann fara til heimilis
þess mannz, er hann er osattr víþ of
engit, ¹⁾ oc nefna ser vatta at þvi at
hann qveþr hann at eiga víþ hann engi
dom víþ marc þat a VII natta fresti, oc
qveþa a engit, oc a dom, oc coma i
domstaþinn þar sva at domr se nefndr
firi miþian dag, qveþia löggvöþ. Síþan
scal hann nemna ser vatta at þvi velti,
scal hann qveþa at, ec stemni þer N. N.
til brigþar oc til utgöngo of engi þat, oc
tel ec mer engit, stemni ec lögstemno,
oc til þess doms er ec lagþa þer dom-
stefno. Rumbelgan dag scal doms qveþia
²⁾[oc sva stemna, oc lysa hvartveggia,
ef eigi heyra lögfastir menn]. Síþan scal
hann qveþia til doms þess engi-bua V,
III nottom fyr eþa meira meli, at bera
þar qviþo þa alla, er hann vill þa beitt
hava, oc þeir ero rettir um at scilia.
³⁾[Coma þar firi miþian dag, qveþia lög-
qvöþ]. Þeir scolo coma til doms þess
hvartveggio firi miþian dag, sva at domr

*excitato, locum iudicii determinare tantæ
capacitatis, ut viri sex commodam ibi rese-
dendi facultatem habeant, qvo facto alte-
rum conveniat.*

*Qvi ad iudicium pratense alium provo-
care vult, ejus qvocum de prato contendere
parat adeat domicilium et testes de eo an-
testetur, qvod eum provocat, ut in iudicio
pratensi secum experiatur post septem noc-
tes peractas prope ad signum excitatum.
Et pratum nomine definat et iudicium, et
in loco hujus iudicii ita appareat, ut ante
medium diei iudices denominati sint. Le-
galem provocandi formulam adhibeat. Te-
stes porro denominet, in id, inqviat, com-
probandum, qvod tibi N. N. ad pratum
istud reluendum et reddendum diem dico;
pratum meum esse contendo. Legalem ad-
hibeo citationem ad iudicium, qvod in cita-
tione iudiciali tibi declaravi. Die profesto
et ad iudicium provocandum et citandum
est, et utrumqve denuntiandum, si sui ju-
ris homines non exaudierint. Ad hocce
iudicium porro evocet accolat prati qvin-
qve, tribus vel pluribus ante iudicium ha-
bendum noctibus, ut effata veridicorum
ibi proferant omnia, ad qvæ proferenda et
eos provocare vult et habiles sunt; ante*

¹⁾ *Sequentia usqve ad: lagþa þer dom stefno,
B cum suis partim omittit, partim legit: oc
qveþia hann þar engidoms, oc leggja a VII natta
stefno oc qveþa a engit oc a domstaþinn. Hann
scal stefna hinom til brigþar oc til utgöngo oc
telja ser engit; et ad iudicium pratense eum ibi*

*accessere, septem noctuum citationis termino ad-
hibito. Locum iudicii habendi pratumqve de-
finiet, alterum ad retractum et traditionem in
jus vocet, pratumqve suum contendat.*

²⁾ & ³⁾ *Uncis inclusa B cum suis omittit.*

se þa nefndr. Hvarr þeirra skal hafa¹⁾ IX menn með scr. Taca þar domendr af, oc öll gögn þau er þeir scola hafa at domi þeim. Qviþmenn scola at fornaþi vbra. Hvarr þeirra skal coma til nesta hus engino, þess er a götu þeirra er, oc skal þar hvarr þeirra tclia XX menn sins lips²⁾ (um sic fram. Ef hann telr eigi, þa verþr hann utlagr III mörkom víþ hinn, nema hvargi geri scil a, þa verþr hvartveggi utlagr, oc a þa sa söc er vill.

Nu hafa þeir menn jammarga, sem þeir eigo, oc verþa þa allz VII menn cns Vta tegar, þeir er til doms ero talþir.

Ef annartveggi reþr menn necqveria til þess at coma til doms at fulltingia ser, oc varþar hanom jammmikil þat, sem þeir fylgi um XX menn fram. Ef þmenn dragaz til fðroneytis þeirra obeþit, oc verþa þeir allir utlagir III mörkom, víþ þann þeirra er sott vill hafa, nema haþir reipiz víþ, þa a hvarrtveggi söc. Utlegþar þessar allar er nu ero talþar, scola sottar a cno nesta varþingi, ef þeir ero samþinga. Ef þeir cro eigi samþinga,

medium diei ut appareant (præfinit) legali evocandi formula adhibita. Pars utraqve ante medium diei appareat, ut hora meridiana constitutum sit iudicium. Pars utraqve novem (l. viginti) secum adhibeat viros, de quorum numero iudices eligantur omnesque in hocce iudicio iis adhibendæ auctorites. Veridici insuper sint et eorum numero non comprehensi. Uterque litigantium adeat domum in via eorum prato proxume adjacentem ibiqve qvavis viginti suos socios, ipso excepto, numeret. Qvod si non numeraverit trium marcarum multam alteri expendat, nisi neuter legum præscriptis satisfecerit, quo casu uterque mulletur, et causa agenda defertur cuicunqve voluerit.

At tot, quot debent, adhibent viros, tum in iudicium destinati summatim quatuor decades et septem efficiunt.

Si alteruter eorum subministraverit viros, qui iudicium aggressuri ei auxilium ferant, eundem hoc sibi contrahit reatum acsi ultra numerum vicenarium hi eum secuti fuissent. Si qui ultro in itinere iis sese applicaverint, accedentium qvavis tres marcas expendat in eum, qui de hoc agere vult, nisi uterque indignatus sit, tum enim utriqve ageudi jus defertur. Si actor et incusatus eandem inhabitaverit toparchiam, causæ illæ nullatiæ hic memoratæ in

¹⁾ B cum suis legit: XX, viginti.

²⁾ Uncis inclusa B cum suis omittit.

épa varþing ero eydd, þa scolo utlegþir sottar a eno nesta alþingi, þat ero all stemno sacar, oc scal qveþia til heimilis-bua V a þingi þess er sotr er].

Þria menn scal hvarr þeirra i dom nefna brigþandi oc haldandi engisins, enda a hvarr þeirra at bioþa öþrom til hruþningar of þa domendr, ¹⁾[sem þeir nefndo baþir]. Scal dom þenna hryþia, sem XII qviþ.

²⁾[Nu vill veriaundinn eigi nemna sinn hlut domsins, þa scal brigþandinn nemna allann dominn, enda er þa engi hruþning til].

Sa scal bioþa til hruþningar qviþar er qvaddi, oc scal qviþ þann hryþia, sem aþra bua qviþo. Þat er oc rett at griþmenn verþi II i qviþnom, ef buar verþa hruddir. Buendr scal fyrr qveþia enn griþmenn, ef þeir ro til, þa er nestir ro þar, enda se ³⁾at tengþom rettir, enda scolo þeir meann allir (eiþ) vinna er þar scolo lögscil mæla, ⁴⁾[þamt sem a þinga domi]. ⁵⁾Þa scal sa er engit brigþir, bioþa til eiþspiallz, oc eiþ

proximis comitiis vernalibus peragantur. Si e diversa toparchia oriundi fuerint vel comitia vernalia peracta sint, actio de multis instituat proximis comitiis generalibus. Citatio omnibus hisce causis adhibenda, quinque ejus in quem agitur domicilii accolis in comitiis evocatis.

Uterque tam actor quam defensor circa dominium prati tres judices denominet, et ad judices, quos eorum quivis denominavit, rejiciendos unus alterum invitet. Dodecadis veridicorum instar judices illi rejiciendi.

At pratum defendens, sibi competentem partem judicum denominare recusat, tum id retrahere volens omnes denoninet, quo casu rejiciendi jus evanescit.

Qui veridicos evocavit ad eos rejiciendos invitet; accolarum instar rejiciantur. Accolis rejectis operarios duos substituere fas est. Rustici, si qui adfuerint et (prati) accolæ proximi prius quam operarii evocentur, si modo necessitudinis respectu juste sese habuerint. Ut in judiciis comitialibus solet omnes ibi justa judicialia persoluturi juramento fungantur. Pratum sibi vindicare parans ad juramentum (suum exaudiendum) deinde invitet et sacramentum

¹⁾ *B cum suis omittit: sem þeir — baþir.*

²⁾ *Uncis inclusa B cum suis omittit.*

³⁾ *B cum suis legit: at harum, sensu eodem.*

⁴⁾ *Uncis inclusa B cum suis omittit, sed ejus*

loco legit: at hoc épa at crossi, ad librum vel crucem.

⁵⁾ *B cum suis legit: Nu skal hann segja söc sina fram, sva scapaþa &c.; Causam suam deinde enarret, isidem, ac in &c.*

vinna, oc segia fram söc sina alengr, er hann hefir eiþ unnit, sva scapaþa, sem hann stefndi. Siþan scal lata bera stemno vetti. ¹⁾[Nu hefir hann at erfþ tekit engit], þa scal hann bera lata qviþ þann ²⁾[i dom, er aþr scal qvatt vera], hvart sa maþr ætti engi þat a deyianda degi er hann toc arf eptir. Ef maþr hefir keypt engit, þa scal hann lata bera caups vætti sitt. Nu er þat eigi til, þa scolo enir sömo buar V scilia þat er vattarnir scyldo. ³⁾[Ef socnargögn ero eigi framförf, þa scal hann framföra varnargögn er heldr engino.

Hvar þess er qviþr kömr til meþ þeim, oc scolo enir sömo buar V scyldir at scilia þa qviþo alla hvarr þeirra sem beiþir. Sva scal at socn oc vörn fara þar at öllo, oc sva of öll lögscil, sem a þinga domi. Ef veriandinn þarf þeirra bua er hinn hefir qvatt til socnarennar aþr, oc verþr engi hruþning til þeirra bua viþ veriandann. Ef menn halda þar gögnom at domi þeim, oc varþar þat fiörbaugs-garþ. Ef menn bera þar andvitni, oc varþar þat fiörbaugs-garþ. Ef domendr vilia eigi taca viþ gögnom eþa vörnom þeim er menn vilia þar framföra, eþa vilia eigi reifa mal manna, eþa doma

præstet, quo functus, causam suam recitet, iisdem ac in citatione attulit circumstantiis instructam. Manifestatæ citationis testes porro produci faciat. Si pratum ei pridem hæreditate deferebatur, veridicorum antea evocatorum effatum iudicio coram proferri faciat, quo comprobetur, ane ille, cui hæres succedebat, die suo emortuali pratum jure domini tenuisset. Si pratum emtione acquisivit, emtionis-ventitionis testes produci curet, quibus deficientibus iisdem quinque accolæ de iis dispiciant, quæ testes probarent. Auctoritatibus actionis non prolatis, possessor prati defensionis auctoritates adferat.

Ubi veridici adhibentur, iisdem quinque accolæ effatum decisivum proferre tenentur, quæcunqve tandem pars eos primum evocaverit. Et actio et defensio et justa quæcunqve judicialia hic ita procedant ac in judiciis comitialibus solet. Si defendens adhibere indigerit veridicos quos in usum actionis alter primum evocavit, eos defendentis respectu rejicere non fas est. Hocce iudicio coram preferendas auctoritates, qui retinent, exilium luant. Si qui testimonium contrarium ibi tulerint, exilium luant. Si iudices admittere recusaverint auctoritates vel exceptiones ibi proferendas, vel si recitare aut decidere noluerint

¹⁾ & ²⁾ *Uncis inclusa B cum suis omittit.*

³⁾ *Quæ uncis tenentur B cum suis omittit, sed ejus loco habet: einir buar scolo alla qviþo*

scilia um eingia brigþ, de prato retrahendo iisdem accolæ omnia effata proferant.

um, oc varþar þat allt fiörbaugsgarþ. Þat ero allt stemnosacir er nu voro tindar, oc scal sökia a eno nesta alþingi, oc qveþia til heimilislua IX a þingi þess er sottr er.

Ef menn bera at domi þeim liug-qviþo, eþa liugvætti, eþa leggja rangt undir þegnscap oc sva öll liugvitni þau er þar verþa borin, oc varþar þat allt fiörbaugsgarþ, oc scal sökia a eno nesta alþingi. Þat ero allt stemno sacar, oc scal qveþia til XIItar qviþar goþa þann, er sa er i þingi meþ er sottr er.

Ef a gögn verþr qveþit i domi þeim, oc scal þo domr döma, sem rett borin se gögn, en sa er a gögn qveþr, scal stemna til rofs dominom, oc a domr at rofna, ef at liugvitni verþa. Fiörbaugssakar þer allar er nu ero talþar, oc liugvitni öll, oc gagnahöld öll, scal sökia i þeim fiörþungsdomi, sem engi-domr var i fiörþungi].

1) Þar er sökiandi oc veriandi föra fram gögn siu i engidom, þa scal domr döma þeim þeirra engi, er heldr berr

causas partium exilii teneantur. Omnibus modo memoratis causis adhibeatur citatio, et in proxumis comitiis generalibus agenda sunt, novem ejus in quem agitur domicilii accolis in comitiis evocatis.

Si hocce judicio coram falsa veridicorum effata vel testimonia prolata fuerint, vel si falso per civilem existimationem ibi perseveratur, vel qvæcunqve tandem falsa ibi allata sint auctoritates, exilio hoc puniatur; proxumis comitiis generalibus actio peragatur. Citatio hisce causis adhibeatur, prætores cujus curiam reus sequitur, ad dodecadis veridicorum effatum proferendum evocato.

Cum auctoritates, hocce judicio coram prolata falsitatis arguuntur, iudices quidem acsi justæ allatæ sint auctoritates sententiam ferant, eas vero improbens ad sententiam rescindendam agat, qvæ etiam auctoritatum falsitate comprobata rescindatur. De omnibus hic memoratis causis exilii, falsis testimoniis et auctoritatibus rentis, actio instituat in judicio qvadrantis in quo judicium pratense habebatur.

Actoris et defensoris auctoritatibus prolatis, judicium ei eorum adjudicet pratium quem majori jure id tenere debere

1) *B cum suis legit:* Ef fram ero förþ soenar-gögn, þa scal sa framföra varnargögn er heldr engino, oc sva öll lögscil framföra, sem at þinga-domi, en si þan scal domr döma þeim &c., accusationis auctoritatibus prolatis, defensio-

nis ille proferat, qui pratium tenet, et justæ qvævis judicialia hic non minus observanda sunt, quam in judicio forensi. Iudices deinde ei eorum adjudicent pratium &c.

heimild til. Nu kómr annarr þeirra heimild sinni til, en annarr eigi, þa skal þeim döma eingis höfn er sinni heimild kómr til, enda skal þa at þinga domi reina eigin-orþ engissins. Ef þeir verþa eigi sattir a hvern dom þeir scolo döma, þa skal afl raþa meþ þeim. Þeir eigo at væfengia, ef III ero hvarirtveggio, oc fara sva at vefangi, sem at forþungsdomi. ¹⁾[Þa skal hvarr þeirra stefna annars domöndom]. Ef þeir vefengia, oc skal þa reyna i forþungsdömi, þeim er domrinn var attr i forþungi. ²⁾[Ef þar verþr eigi vefengt, þa skal reyna i fimtardömi]. Nu er vefengt i engi dominom, þa skal sa hafa engit, er aþr hafþi, unz reynt er eigin-orþ at þinga domi. Þa skal engi-domr vera er engi er vaxit, oc scolo þeir þar vera unz þeir hafa domi sinom lokit. ³⁾[Ef þeir göra eigi sva, oc varþar þat siörbaugsgarþ, skal sökia a eno næsta alþingi], viþ IX þua qviþ, en stefua heiman. Þar at eins skal engi domr vera, er menn verþa sattir a hvarr land a undir. ⁴⁾[Ef þat er ogreitt, þa skal stemna til rauuar oc til scila of engit, oc sökia at þingadömi.

